S. THOMÆ AQVINATIS
IN LIBROS ARISTOTELIS
DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE
CASTIGATISSIMA COMMENTARIA:
Cum Duplici Textus tralatione, antiqua videlicet
& noua FRANCISCI VATABLI
nuperrime addita.

De Mistione etiam Elementorum absolutum ac perutile Opus ad hanc Philosophiæ partem spectans, ex Opusculis eiusdem S. Thomæ excerptum, his nuper additum est.

DVO ITEM INDICES HIS OMNIBVS APPOSITI SVNT:
Alter Librorum ac Lectionum Summas continens, Alter Commentariorum scitu digna demonstrans.

QVORVM OMNIVM CASTIGATIONEM SEQVENTI LEGES EPISTOLA.

VENETIIS APVD IVNTAS
ANNO. M D L I.

S. THOMÆ AQVINATIS
IN LIBROS ARISTOTELIS
DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE
CASTIGATISSIMA COMMENTARIA:
Cum Duplici Textus tralatione, antiqua videlicet
& noua FRANCISCI VATABLI
nuperrime addita.

De Mistione etiam Elementorum absolutum ac perutile Opus ad hanc Philosophiæ partem spectans, ex Opusculis eiusdem S. Thomæ excerptum, his nuper additum est.

DVO ITEM INDICES HIS OMNIBVS APPOSITI SVNT:
Alter Librorum ac Lectionum Summas continens, Alter Commentariorum scitu digna demonstrans.

QVORVM OMNIVM CASTIGATIONEM SEQVENTI LEGES EPISTOLA.

VENETIIS APVD IVNTAS
ANNO. M D L I.

FRATRI PAVLO FERRARIENSI

REGVLARIS OBSERVANTIAE S. DOMINICI

PATRI ERVDITISSIMO

Romulus Fabius Florentinus S. D.

HAnc Tertiam Naturalis Philosophiæ partem, quæ in Duos secatur libros, de Mistorum & Simplicium Alteratione, seu Generatione & Corruptione, IVNTÆ fratres, vt nouæ eam editioni preparare, mihi exhibuerunt: quam pro illius dignitate omni cura & studio, alijs, ex Fidelissimis & Doctissimis Viris castigatissimis exemplaribus collatis, pro omnium fructu & commodo sic elaborare conatus sum. Primum enim veteri Translationi aliàs additos Petri Alcyonij Textus ademere, qui forte cultiores quàm ad veritatem esse videbantur, & nouam FRANCISCI VATABLI interpretationem fideliorem & conspicuam magis addere volui: quæ Doctissimorũ virorum iudicio, præ alijs in Arist. Trãslationibus, proculdubio fructuosius ac libentius legit. Accuratissima deinde D. THOMÆ sup eosdem libros Cõmentaria, quæ erroribus ac mendis penè infinitis vndiq; scatentibus non sine maxima Tanti viri ac Doctoris iniuria circũferri animaduerti, diligentissime tum castigaui, tum integritati plurimis in locis ea reddere nixus sum. Librorum etiam omnium, lectionumq; singularum intentionem in Summas collegi, vt iuniorum mentes vigilantiores, & ipsorum studium fructuosius redderẽ. Huic quoq; præclaro Philosophiæ muneri libellum quendam de Elementorũ Mistione ex Opusculis Diui Thomæ excerptum addidi, cum ipsum ad hanc spectare materiam certissimum sit. nam ex illo, plenam & absolutam Sancti Thomæ in hoc opere, de Mistorũ ac Simplicium mistione & alteratione sententiã, quenq; facile assequi posse non dubito. Duos denique nuper excogitatos apposuimus INDICES, in quorum Altero Librorum ac Lectionum Summas, in Altero verò quæcunq; in Commentarijs scitu digna sunt, quisq; inuenire poterit. Hæc igit omnia, quæcunq; sint, pater eruditissime, ob animi tui innumeras dotes, morumq; tuorum summam ac notam probitatem, tibi dicare volui: quem præ cæteris religionis tuæ Doctissimis, Approbatissimisq; viris saniori iudicio, & intellectus tui acumine hos meos labores iudicare ac corrigere posse Solum mei amantissimum ab annis multis iam nouerim. Te igitur etiam atq; etiam rogo, vt illos tanq; amoris erga te mei pignus accipias, & siquid erroris impressorum vel mei imperitia admissum fuerit, benigne corrigas & indulgeas. Cæterum bene Vale & me dilige.

Index

INDEX SVMMARVM LIBRORVM,

AC LECTIONVM DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

Summa Libri Primi.

DE Generatione, & Alteratione, de Augmentatione, de Tactu, de ipso Agere ac Pati, & de Mistione tam secundum aliorum, quam secundum propriam sententiam, agit. folio. 1. columna. 2.

LEctio Prima. Quæ nam in hoc libro speculari oporteat: deq; Generationis, & Corruptionis ab Alteratione discrimine ex Antiquorum sententiis agitur. folio. 1. columna. 2.

Lectio Secunda. Tam secundum ponentes unum, quàm plura rerum principia, arguitur aliud esse Generationem, ac Corruptionem ab ipsa alteratione: speciaiter tãmen contra Empedoclis dicta insistitur. folio. 2. columna. 1.

Lectio Tertia. Cur de Generatione, ac Corruptione dicendum sit: Democriti deinde cum sua ratione de generatione sententia tractatur, & ad eius ueritatem duæ afferuntur quæstiones: quarum altera soluitur, ea uidelicet, an rerum principia indiuisibilia, si sint, corpora sint, an superficies. folio. 3. columna. 2.

Lectio Quarta. Ea Democriti declaratur suæ sententiæ ratio, qua corpus omne ex indiuisibilibus componi opinatus est. folio. 4. columna. 3.

Lectio Quinta. Proposita ueritate, duæ contra illam adducuntur, Democriti sententiæ & soluuntur: ex quarum solutione rerum generationem aggregationem, corruptionem segregationem non esse deducit. fo. 5. 4.

Lectio Sexta. Generatio simpliciter an sit: & quomodo ipsa ex ente, uel non ente fieri contingat, obijciendo & soluendo inquiritur. folio. 7. columna. 1.

Lectio Septima. Quæ nam sit causa perpetuitatis generationis & corrupttonis simpliciter inquiritur, & ueris causis sermonis propositis, uera ac Philosopho digna redditur. folio. 8. columna. 1.

Lectio Octaua. Tres afferuntur modi, quibus aliqua generari simpliciter & secundum quid, & corrumpi ab inuicem dicuntur. folio. 8. 4.

Lectio Nona. Generatio simpliciter & secundum quid in his, quorum mutua non est generatio, quomodo sumenda: tres demum mouentur quæstiones. 10. 2.

Lectio Decima. Generationis & Corruptionis Natura: ex cuius notitia ipsarum à cæteris mutationibus Differentia deducitur. 11. 1.

Lectio Vndecima. Augmentum & Diminutio quo nam ab ipsa generatione & alteratione separentur. 12. 2.

Lectio Duodecima. Quæstionis solutio, An materia, quæ subiectum augmenti est, expers sit magnitudinis actu uel potentia, nec ne. 12. 4.

Lectio Tertiadecima. Nullum magnitudine carens esse augmentationis subiectum ostenditur. 13. 2.

Lectio Quartadecima. Quæ nam sit eius, quo aliquid augetur natura inquiritur. 14. 1.

Lectio Quintadecima. Propositis solutionis recte conditionibus, illa dissoluitur dubitatio, an secundum quamlibet partem eius, quod augetur, contingat ipsum augmẽtum fieri nec ne. 15. 2.

Lectio Sextadecima. Quomodo id, quod aduenit ei quod augetur comparetur: & quomodo augmentũ ab ipsa generatione differat, uel cum illa conueniat. 16. 1.

Lectio Decimaseptima. Id quod auget ei quo nutrit comparatur: Quomodo id conueniant ac differant augmentum & nutrimentum exponitur. 16. 3.

Lectio Decimaoctaua. De Tactu agendum esse proponitur: quidq; proprie ac Metaphorice acceptus sit, declaratur. 17. 2.

Lectio Decimanona. Quæ nam & qualis sint naturæ actiua & passiua declaratur. 18. 3.

Lectio Vigesima. Agentis ac patientis duplex genus primũ scilicet & ultimum quid sint, & ad quodnam causæ genus reducantur ostenditur. 19. 4.

Lectio Vigesimaprima. Opiniones afferuntur aliorum de rerum Generatione & interitu, ac Diluuntur. 20. 3.

Lectio Vigesimasecunda. Illorum destruitur sententia, qui Indiuisibilia corpora rerum principia asserebant. folio. 22. 1.

Lectio Vigesimatertia. Ex duabus conditionibus propositis, ac probatis, quo nã pacto fiant Generatio, & Actio & Passio, ex eius sententia deducitur. 23. 4.

Lectio Vigesimaquarta. Mistionem destruentes rationes adducuntur: hinc mistionis à cæteris speciebus motus Differentia posita ea dissoluitur quæstio, an Mistio sit. 24. 3.

Lectio Vigesimaquinta. Aliorum opinionibus de mistionis modo propositis ac reiectis propriam ac ueram sententiam adducit. 26. 1.

Summa Libri Secundi.

DE Elementorum Principijs, & Numero inquirit, & ipsorum Generatione: & de Mistorum Generatione meminit, & Generationis & Corruptionis causas inuestigat. folio. 29. col. 3.

LEctio Prima. Præmittitur huius libri intentum. Antiquorum præterea ac propria de materiali generationis elementorum principio opiniones tractantur. 29. 3.

Lectio Secunda. Quæ nam Qualitatum tangibilium elementorum formalia principia sint ac illorum primæ Differentiæ. 29.

mentorum formalia principia sint ac illorum primæ
Lectio Secunda. Quæ nam Qualitatum tangibilium ele= Differentiæ.
Lectio Tertia. Numerum elementorum & illorum qualitates secundum ueritatem, & ex Philosophis affert. 30.1.
Lectio Quarta. Quomodo elementa, & quæ ex inuicem facilius, difficulterué generari contingit, exponitur. folio. 31.2.
Lectio Quinta. Subiectum primum transmutationis elementorum non esse elementum uel medium aliquod inter illa dicitur. 32.3.
Lectio Sexta. Extremum seu medium ex elementis, ipsorum generationis principium non esse probatur: pro quo probatur etiam quòd in infinitum non procedat elementorum generatio. 33.3.
Lectio Septima. Sententia destruitur Empedoclis, qua elementa intransmutabilia ab inuicem existimauit: & eiusdem de Mouentibus principijs concluditur opinio. 34.3.
Lectio Octaua. Mistorum ex elementis generatio tum ex antiquis, tum ex Philosophi sententia perquiritur: hinc omnia in unoquoque misto esse elementa probatur. folio. 36.2.
Lectio Nona. Quæ nam sint generationis principia: Antiquorum item de Mouente refelluntur sententiæ. folio. 37.4.
Lectio Decima. Quis nam in ipsa generatione ac corruptione sit motor, quòd motus etiam continuus existat, ostenditur. 39.2.
Lectio Vndecima. Quæ nam necessario, & quæ contingenter fieri contingant. 41.2
Lectio Duodecima. Generationem non esse infinitam in rectum, sed in circuitu probatur. 42.1.

Summa libelli De Elementorum Mistione.

QVomodo in Misto non actu, sed uirtute remaneant elementorum formæ quibusdam allatis ac confutatis opinionibus, declaratur. 43.

Indicis Summarum Librorum ac Lectionum finis.

INDEX OMNIVM,

quæ tam in commentarijs S. Thomæ super Primum & Secundum Librum de Generatione, quàm eiusdem de Mistione nuper additi libelli cõtinentur, foliorũ, ac literarum serie q̃ diligentissime congestus.

A

Actionis & passionis debitæ cõditiones. folio. 24. columna. 1. A
Actio per formam, passio per materiam est. 20.2.E
Actiua & passiua ab inuicem, unam habent materiam. 17.4.E/20.1.D
Actus & Potentia non constituunt diuersas species. folio. 23.2.A
Aer, cur modicum sensibilis dicatur. 11.3.G
Aer humidus est magis, quàm calidus. 4.3.E
Aeris quædam partes igneæ esse probantur, præter hoc, q̃ ibi sunt etiam aliquæ terreæ, & aqueæ. 25.3.
Aer & aqua in quolibet misto reperiri certum est. folio. 39.1.C
Aer, cum fit ex aqua, non est augmentum, sed generationem consequitur rarefactio. 14.3.H
Aere & Terra fumus fieri dicitur. 32.2.A
Aetas hominum septuaginta, aut Triginta terminatur annis. 4.2.D
Agens & patiens genere eadem esse debent, specie uero diuersa. 19.2.3
Agens seu faciens sumitur dupliciter. 18.2.D
Agenti quando nam effectus in forma assimilatur. folio. 13.3.H
Agens & patiens loco & subiecto distincta sunt. 24.1.AB
Agere & pati, mouere & moueri dupliciter sumuntur. folio. 14.4.G
Alteratio & Augmentum quomodo ordinantur ad generationem sicuti ad finem, augmẽtum uero consequenter se habet. 1.1.C
Alteratio quomodo fiat. 11.2.BC
Alteratio primo & per se est in Tertia specie qualitatis, in alijs uero speciebus per accidens & secundario. folio. 11.2.CD
Alterationis, idem secundum substantiam subiectum manet. 2.1.D
Alterationis & Generationis natura ex uere Sapientibus desumpta. 2.1.D/11.2.A
Alteratio & Generatio quomodo sint. 6.4.G
Alteratio est transmutatio secundum accidentia. 6.3.G
Anaxagoras propriam uocem ignorasse uidetur circa generationis principia. 1.4.E
Anima rationalis & sensitiua in homine, non realiter, sed secundum rationem tantum diuersa sunt. 12.1.C
Anima à corpore separata non statim ipsum resoluitur in elementa. 9.2.C
Animal destruitur uirtute nutritiua deficiente. 17.1.D
Animatis & inanimatis nutriendi & augendi uirtus diuersimode insita est, nam animatis proprie, inanimatis uero secundum similitudinem. 17.1.C

Animal

Animal destruitur, & quæcunque miscentur, ut uinum & aqua. 17.1.D
Aquæ Pluuiales calidæ & uaporosæ & calidæ sunt. folio. 25.3.GH
Aquam omnium materiam uoluit Tales. 39.1.BC
Aqua secundum substantiam, sed alterata glacies dicitur. folio. 24.2.D
Aquam fieri oportet guttam uini in mille millibus amphoris aquæ, non autem misceri. 26.3.GH
Aqua apta nata est moueri ab ipsa sphæra Lunæ. 25.3.F
Aqua Terræ admista Plantæ nutriuntur. 37.3.H
Aqua subijcitur Lunæ motui. 25.3.EF
Aqua humidior est aere. 31.2.A
Aristoteles quanti faciat exempla, & quomodo suscipiẽda sint in sua Doctrina. 9.2.B.36.1.C
Arsio calidi & sicci, ignis est. 30.4.GH
Artes & scientiæ potentiæ denominationem conuenienter suscipiunt. 39.4.F
Artificialium generatio & corruptio ad Naturalem minime spectat. 1.2.D
Atomorum concursus & motus descriptio secundum Leucippum. 21.3.E
Augmentum aliquo extrinsecus adueniente fit. 14.2.A
Augmentatum, dum augmentatur, localiter moueri necessarium est. 12.3.F
Augmentabile, cum augetur, secuudum quamlibet partem augeri oportet. 14.2.A
Augmentacionis motus tria necessario exigit. 14.3.H
Augmentum quodammodo est à simili, quodammodo à dissimili. 16.2.A
Augmentatio, ex eo quòd multa paucis, multisq; pauca adiunguntur consurgit. 26.3.G
Accidens idem numero, an possit esse in genito & corrupto. folio. 11.4.G
Accidens uni in alio non est substantia. 9.3.H
Accidentalibus differentijs, substantiales patefiunt. folio. 9.4.E
Allatio facit generationem actualiter, quia adducit, & abducit generans. i. solem. 41.2
Allatio circa obliquum circulum zodiaci generationis & corruptionis est causa. 41.3.HBC

B

BOnum & optimum cuiuslibet rei est natura, quæ forma dicitur. 35.2.C

C

CAlor & frigus, substantiales formæ nequaquam sunt, sed accidentia. 9.3.H
Calidum minus quàm humidus est aer. 4.3.E
Calidum separatum aliquid pati est impossibile. 20.2.C
Calidum, ut frigido magis permistum est, à calidiori patitur. 22.3.G
Calidum quomodo definiatur. 29.2.B
Calidi natura est segregare, frigidi uero congregare. folio. 39.1.D
Calidum & frigidum actiua, humidum & siccum passiua sunt. 29.2.G
Calido deficiens qualitas priuationis modum habere conspicitur, quamuis priuatio pura non sit, sicut ipsum frigidum. 9.3.G
Calidi ac sicci arsio ignis dicitur. 30.4.GH
Calidum quomodo homogenea congregare dicatur. 29.2.C
Calidissimum omnium calidorum est ignis. 31.2.A
Caliditas forma substantialis ignis nequaquam est. 9.3.H
Caliditatis superabundantia ignis est, sicut frigiditatis excessus, glacies dicitur. 30.4.G
Caro & os duplex est. 15.3.E
Casualia uel fortuita sunt, quæcunq; non semper uel ut in pluribus fiunt. 35.2.BC
Causa materialis & efficiens nunquam in idem numero coincidunt. 39.1.B
Cœlum ex elementis composuit Empedocles. 35.3.G
Cœlum non est sensibile sensu tactus, quia caret qualitatibus sensibilibus. 35.3.E
Cœlum, Deum dixit Empedocles, teste Aristotele. 35.2.C
Cœli circularem motum ipsa rerum generatio ex elemẽtis imitatur. 4.4.E
Cœlum mouet materiam generabilium & corruptibilium ad omnem formam per ipsum lumen. 28.4.A
Cœli Motus ex mobilis continuitate continuus est. 41.1.A B
Cœlum appellatur prima causa. 25.3.E
Cœli Spheræ speciales effectus habent in hæc inferiora. folio. 25.3.E
Circularis generatio quibus nam conueniat & quibus non folio. 42.3.H
Circularis medietatis motus, non est contrarias ei, qui est alterius medietatis. 39.4.H
Coagulatio frigidi & humidi glacies dicitur. 30.4.H
Complexio hominis maxime uicina est temperamento. folio. 37.2.C.D
Compositi unius plures esse substantiales formas, quòd sit impossibile, perpulchre declaratur à D. Thoma. folio. 12.1.B
Composita quomodo ex elementis generentur, digna consideratio. 36.2.D
Compositi anima simplicia sunt. 37.3.G
Continuitas, motus. 41.1.BC
Congregatione ac segregatione facilius uel difficilius aliqua corrumpuntur. 7.1.A
Contradictoria asserere cogũtur quibus ex philosophis omne apparens, uerum uidetur. 1.4.E/34.4.E
Contrarietates tactus septem sunt. 29.1.G
Contrarietates primo inexistunt quatuor elementis. folio. 10.4.H
Contrariorum contrariæ sunt causæ. 39.3.H
Contraria duo sunt, ad quæ Empedocles elementa reduxit. folio. 30.4.G H
Contrarium unum sine reliquo ponere in rerum natura inconueniens est. 22.3.F
Contraria omnia ab inuicem passibilia sunt. 19.3.E
Contrariorum est una potentia, quæ est ipsa materia prima, quæ secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. folio. 23.2.A
Corpus, cum ex punctis non componatur, in ea resolui minime potest. 5.1.D
Corpora cœlestia eandem numero materiam habere cum his inferioribus est impossibile. 19.3.E
Corpora uiuentia, seipsa mouent secundum omnes motus. folio. 17.1.B
Corpus sensibile est diuisibile secundum potentiam, non autem secundum actum. 5.4.G
Corpus, quanq̃ omnino diuisibile sit, nõ tamen sequitur, ipsum omnino esse actu diuisum. 6.1.BC

Corpora duo simul esse in eodem loco est impossibile. 14.2.D
Corpora indiuisibilia nequaq̃ posuit Empedocles, sed hoc eius sequitur dicta. 21.2.D
Contrarietatem corporibus sensibilibus non inesse est impossibile. 28.1.A
Corporum simplicium solus ignis nutritur. 37.4.G
Corrupti ac Geniti an eadem possint esse accidentia. 11.4.G
Corruptio ac Generatio ex allatione, quæ circa zodiacum est, fieri conspicitur. 41.3.HBC
Corruptio unius Generatio est alterius, & è contra. 8.3.H
Corruptionis & Generationis eorum, quæ secundum naturam sunt, æquale est tempus. 40.1.C
Corruptio & Generatio artificialium ad Naturalem minime spectat. 1.2.D
Corruptio & Generatio omnibus natura subsistẽtibus non est sine sensibilibus corporibus. 27.3.G
Corruptionis & Generationis effectrices causas Plato Ideas dicebat in Phed. 38.3.EF

D

DEmocritus curam de omnibus habere uidetur. 3.2.A
Democriti consequentia nulla est, qua sic arguebat, corpus est omnino diuisibile, ergo est omnino actu diuisum. 6.1.BC
Democriti rationes duæ, quibus cogebatur imaginari, q̃ principia sint corpora indiuisibilia. 4.1.B
Democritus rationabilius opinatur indiuisibilia corpora principia ponere, quàm Plato qui superficies. 4.2.AB
Democritus qua ratione imaginatus est per corporum indiuisibilium congregationem ipsam generationẽ fieri. 6.1.BCD
Densum & rarum non sunt Physicæ qualitates. 29.1.C
Deum. i. Cœlum, teste Aristo. dixit Empedocles. 35.2.C
Differentiæ substantiales per accidentales manifestantur. folio. 9.4.E
Dissimili quandoq; aliquid augeri conspicitur. 16.2.A
Diuidi in infinitum corporibus sensibilibus in potentia tantum conuenit, non autem in actu. 5.4.G
Diuisibile omnino, quanquam aliquid sit, actu tamen diuisum esse est impossibile. 6.1.BC
Diuisibilitas, uel indiuisibilitas ex magnitudine seu paruitate prouenire necessarium non est. 22.4.H
Diuersorum diuerse mensuræ sunt. 4.2.C
Domus Vitæ uel mortis quomodo sumitur secundum Astrologos. 40.2.BC
Duo tantum omnium Principia asseruit Parmenides, ens uidelicet, & non ens. 9.2.BC
Duo corpora simul esse in eodem loco est impossibile. 14.2.D

E

EFficiens & Materialis causa nunquam in idem numero coincidunt. 39.1.B
Effectus quando nam in forma agenti assimilatur. 13.3.H
Elementis quatuor mista omnia constant. 27.4.E
Elementum unum ex alio fieri quomodo, & qua nam ratione quidam Philosophorum opinati fuerint. 2.3.H
Elementarium qualitatum possibiles cõiugationes quatuor tantum sunt, impossibiles autem duæ. 30.2.D
Elementorum comparatio secundum similitudinem ac proportionem. 34.4.H
Elementis quatuor contrarietates primo inexistunt. 10.4.H
Elementa, cur non distent ab inuicem. 4.4.GH
Elementa sunt in mixto præter naturam. 25.2.D
Elementa quomodo concurrant ad ipsam mistionem, naturaliter, uel uiolenter. 25.3.E
Elementa quomodo diuersimode sunt in misto secundum Auicennam, Auerroim, & S. Thomam. 25.3.H/4.F
Elementa, cur antonomastice sensibilia dicantur. 27.4.E
Elementa, quæ à nobis sentiuntur, plura minime sunt. 30.4.H
Elementa mutuam contrarietatem habent. 31.3.EF
Elementum quodlibet ex quolibet generatur. 31.3.F
Elementa duo summe contraria tertium generare sufficienter possunt. 32.3.F/32.4.H
Elementa in ipsa rerum generatione circularem motum cœli imitantur. 4.4.E
Elementa ubiq; pura non sunt, quia in partibus in quibus se cõtingunt, permista sunt. 40.4.H
Elementum elemento contrariatur, & substantiæ substantia. 37.3.G
Elementa quomodo ueniant in compositorum mistionem, seu generationem. 36.2.D
Elementa à Quibus Cœlorum sphæris mouentur. 26.3.EF
Elementorum trãsmutatio nõ procedit in infinitum, nec ultra quartum elementum. 34.2.C
Elementorum omnium quomodo est una materia. 36.3.GH
Elementum omne quam sibi qualitatem in summo determinet. 31.1.CD
Elementorum generatio cur in hoc libro peculiarius Tractetur à Phylosopho. 1.1.D
Empedocles ex elementis componi ipsum cœlum uoluit. folio. 35.3.G
Empedocles Deum, idest cœlum dixit, teste Aristotele. 35.2.C
Empedocles quomodo elementa reduxit in duo contraria. folio. 30.4.GH
Empedocles expresse non posuit indiuisibilia corpora, sed hoc sequitur ad eius dicta. 21.4.G
Empedocles, igni omnia contraponit. 30.4.F
Ens & non ens esse duo rerum principia, opinabatur Parmenides. 9.2.ABC
Ens, sicut quandoq; omnibus prædicamentis commune quoddam significat, ita ipsum nihil è contrario, seu non ens. folio. 7.2.D
Ens & non ens est, quod sentitur uel non sentitur secundũ quosdam, quorum narratur sententia ac reprobatur. 9.4.H
Ex non ente in actu est ipsa generatio simpliciter, & ex ente in potentia. 7.3.FG
Ens non enti rationabilius generationis est causa, quàm non ens enti. 39.3.E
Esse in potentia sic quorundam successiuorum, ac permanentium rationem concomitatur, quòd ea sublata, ipsorum ratio tollitur. 6.2.D
Esse melius est quàm non esse. 40.3.FG
Esse est quoddam diuinũ & optimum quod omnia naturaliter ut optimum finem appetere uidentur. 40.3.H
Esse posse & posse non esse ex materia sumẽdum est, esse uero ex forma in generabilibus & corruptibilibus.
Euentu & fortuna esse dicuntur quæcunq; præter semper, & eo quod est ut in pluribus eueniunt. 35.2.BC
Exempla cur in Doctrinis adducantur, & quomodo suscipienda sint in doctrina Aristoteles, ac Peritorum sermonibus. 9.2.B/36.1.C
Experientia sensibilium Philosophiæ hominẽ adducit. 4.1.EF
Existentium, idest sensibilium pauca exercitatio Platonem fecit facile enunciare quod ad pauca respiciens ex errore opinatus est. 4.3.E

F

FAcere ac pati natura. folio. 19. columna. 4.H
Facere & mouere unius est potentiæ, pati & mouere est alterius potentiæ, scilicet materiæ. 39.1.A
Faciens à mouente distinguitur eò q̃ moueri uniuersalius est quàm facere. 18.2.C
Faciens & agens sumuntur dupliciter. 18.2.D
Factum quando nam assimilatur agenti in forma. 13.3.H
Facile enunciant qui ad pauca respiciunt, sicut quidam ex Platonicis. 23.2.A
Flamma non est ignis, sed ignea. 30.4.H
Flamma quid sit & quomodo fiat. 30.4.H
Flamma est quidam fumus ardens. 32.2.A
Formas plures non esse in uno composito, quomodo suadet D. Thomas. 12.1.B
Forma duplex est, quædam completa, quædam autem incompleta. 9.2.C.D
Forma substantialis sensu perceptibilis non est. 9.3.H
Forma rationalis & sensitiua in homine non realiter, sed solum ratione differunt. 12.1.C
Formarum diuersitate diuersa sumitur materiæ ratio, & esse. 111.1.C
Forma est id, è quo tantum sumitur ratio ipsius esse, materia autem, è quo sumitur ratio q̃ possint esse & non esse in ipsis generabilibus & corruptibilibus. 38.1.D
Forma est bonum & optimum cuiuscunque rei. 35.2.C
Forma ipsa, actio, Materia Passio prouenit. 20.2.D
Formarum contrariarum non est una numero materia, sed diuersa. 23.2.A
Formas substantiales proprietates sequuntur, ut illarum proprij effectus. 9.4.E
Formalius est ignis inter simplicia corpora. 37.4.G
Fortuna & euentu euenire dicuntur quæcunque non semper, uel ut in pluribus eueniunt. 35.2.B.C
Frigus non intenditur quibusdam hiemis temporibus, niue scilicet descendente. 25.3.G.H
Frigido magis esse permistum causa est, q̃ calidum, ut sic, à calidiori patiatur. 22.3.G
Frigor & calor accidentales, & non substantiales formæ sunt. 9.3.H
Frigidum congregare, calidum disgregare apta nata natura sunt. 39.1.D
Frigidum & calidum actiua, humidum uero & siccum passiua. 29.2.G
Frigidi descriptione supposita, quomodo sibi esse actiuum conueniat. 29.2.C.D
Frigidi & humidi coagulatio glacies dicitur. 30.4.H
Frigiditas non pura priuatio dicitur, sed quoniam deficiens à caliditate est, modũ priuationis potius hẽre dicitur. 4.3.G
Frigiditatis excessus sicut glacies dicitur, ita caliditatis exuperantia ignis est. 30.4.G
Frumentum frumentũ generat, non autem oliuam. 35.2.B.C.
Fumus est ex aere & terra. 32.2.A
Fumus, cur quæcunque tangit nigra reddit. 32.2.C.D
Futurus incedere quis non incedet, & aliqua necessario consequuntur. 41.3.E.F

G

GEnus aliquod considerans omnes illius generis causas ut contempletur oportet. 1.1.D
Generationẽ actualiter ipsa facit allatio, q̃a adducit & abducit generans, i. solum.
Generatio quomodo sit diuersimode alterationis & augmenti finis. 1.1.C
Generationis & corruptionis est causa allatio, quæ circa circulum obliquum fit, i. zodiacum. 41.3.H.B.C
Generationis principia non rectè Anaxagoras posuisse uidetur. 1.4.E
Generationem ipsam Philosophorum quidam alterationem, quidam aliud esse dixerunt. 1.3.E
Generationis & alterationis natura ex Veris Sapiẽtibus desumpta. 2.1.C.D
Generationis continuæ causa ex ipsa materia & subiecto sumenda est. 10.3.H
Generatio unius ex corruptione alterius est, & econuerso. folio. 8.3.H
Generationis & alterationis discrimen. 11.2.A
Generatio rerum ex elementis multo similis apparet circulari motui cæli. 40.4.E
Generationis & corruptionis eorum, quæ secũdum naturam sunt, æquale est tempus. 4.1.C
Generatio & corruptio artificialium ad Naturalem minime spectat. 1.2.D
Generatio & alteratio quomodo sint. 6.4.G
Generatio simpliciter est ex non ente in actu, ente uero in potentia. 7.3.F.G
Generari simpliciter illis minime conuenit, quæ substantiam non significant. 10.3.F
Generatio & maxima generatio quomodo fiat. 11.12.1.A.B
Generatio & corruptio omnibus natura subsistentibus substantijs non est sine sensibilibus corporibus. 27.3.G
Generationem mutuam habent ea, quorum una est materia. folio. 11.1.B
Generantur semper & ut in pluribus quæ secundum naturã fiunt. 35.2.B.C
Generatio circularis quibus nam conueniat, & quibus non. folio. 23.3.H/4.H
Generationis compositorum ex elementis digna considera=tio. 36.2.D
Generatio quomodo est ex ente in actu per accidens, et ex ente in potentia per se. 8.4.E
Generatio qualiter fiat per sigillum materiæ, secundum Platonem. 38.3.F
Generationis & corruptionis effectrices causas ideas Plato esse dicebat in Phed. 38.3.E.F
Generationum quædam habent circulum, quædam uero non. folio. 42.4.H
Generationis simpliciter an substantia sit terminus. 7.4.E
Generatio cur semper sit. 8.1.D
Generationem fieri per corporum indiuisibilium positionem, qua ratione imaginatus est Democritus. 6.1.B.C.D
Generationem infinitam non secundum rectum, sed in circuitu qua ratione imaginatus est philosophus. 42.1.C
Generatio uel corruptio est transmutatio secundum substantiam, alteratio uero secundum accidentia. 6.3.G
Geniti ac corrupti an possint esse eadem numero accidentia. folio. 11.4.G/32.1.A
Generatum quare est ex corruptis. 10.4.H
Generantur semper & ut in pluribus quæ secundum naturam fiunt. 35.2.B.C
Generata non semper uel ut in pluribus ab euentu & à fortuna esse dicuntur. 35.2.B.C

Generato uno quando nam alterius generatio sequitur, & quando non. 42.1.A
Generatur ex frumento frumentum, non autem oliua. folio. 35.2.B.C
Generabilium corporum tam intrinseca quã extrinseca principia. 38.2.A.B
Geniti ac corrupti eadem secundum numerum qualitas non manet, sed secundum speciem. 32.1.A
Glacies est aqua secundum substantiam, sed alterata. 24.2.D
Glacies est frigidi & humidi coagulatio. 30.4.H
Glacie aut igne, quæ apud nos sunt, & si mistum utrumque sit, aliquid generari est impossibile. 30.4.H
Glacies est frigidi superabundantia quemadmodum caliditatis exuperantia ignis dicitur. 30.4.G
Gutta uini in mille millibus amphoris aquæ posita, non miscetur, sed in totam aquam corrumpitur. 26.3.G.H

H

Habitibus presentibus in materia cessat motus. folio. 20.2.C.
Hiemis temporibus quibusdam non est aliqua frigoris intensio, uelut in alijs hiemis temporibus. 25.3.G.H
Homo rationalem & sensitiuam animam non realiter, sed secundum rationem tantum differentes participat. 12.1.C
Hominum diuersi status uitæ sunt, uidelicet à profectu usque ad terminum, seu uitæ statum, & alij. 40.2.E
Hominis complexio maxime uicina est temperamento. folio. 37.2.C.D
Hominis ætas triginta, seu octoginta annis terminatur. folio. 4.2.D
Homo cur ut in pluribus uel semper hominem generet, & triticum triticum, non autem oliuam. 26.2.C
Humiditas intensius aquæ quàm aeri inest. 31.2.A
Humidior magis quàm calidus est aer. 4.3.E
Humidum & siccum passiua sunt, calidum autem & frigidum actiua. 29.2.G
Humidi ac frigidi coagulatio glacies dicitur. 30.4.H
Humidum, quando coagulatur substantiam non mutat, sed quædam fit alteratio. 24.2.D
Humida mistioni aptiora sunt, si uiscosa non sint aut lubrica. 27.1.A.B
Humidum, unde habeat, q uiscosum sit. 27.2.C
Humidum, quomodo describatur. 29.3.F.G
Humidum, quomodo repletiuum dicatur. 29.3.F.G
Humidum & siccum multifarie dicuntur. 29.4.G.H
Humidum aereum, quod est bene inflammabile est ad quod magis lubricum reducitur. 29.3.H
Humidum molle ipsum non dicitur, sed humidi effectus. folio. 29.4.F
Humidum in superficie udum est, quod irroratum Plato appellat. 29.4.H

I

Idem semper similiter se habens facit idem, & non contraria. 39.3.H
Idem numero redire certum est, cuius substantia est incorruptibilis, quorum autem substantia est corruptibilis, non numero sed specie eadem redeunt. 43.1.C.D
Ideas sensibilium, matematicarumque figurarum, quomodo posuerit Plato. 4.3.F.G
Ideas dixit Plato in Phæd. generationis & corruptionis effectrices causas. 38.3.E.F
Ignis caliditas, eius forma substantialis nequaquam est. folio. 9.3.H
Ignita potius quàm ignis flamma ipsa dicitur. 30.4.H
Igne seu glacie, quæ apud nos sunt, & si mistum utrumq; sit, aliquid generari non potest. 30.4.H
Igni omnia contraponit Empedocles. 30.4.F
Ignis est superabundantia caliditatis, quemadmodum glacies frigiditatis. 30.4.G
Ignis est arsio calidi & sicci. 30.4.G.H
Ignis est calidissimus omnium calidorum. 31.2.A
Ignis siccior est quàm terra. 31.2.A
Ignis deterius mouet quàm organum, nisi fuerit organum. folio. 39.2.A
Igneas quasdam partes esse in aere probatur. 25.3
Ignis inter simplicia corpora formalior est. 37.4.G
Ignis solus inter simplicia corpora nutritur. 37.4.G
Ignis mouetur à Sphæra solis. 25.3.E.F
Ignis, quomodo ex terra & aere fiat. 32.2.C
Igni aqua contraria est, terræ uero aer. 37.3.G
non Incedet quis futurus incedere, & quædam necessario consequuntur. 41.3.E.F
Indiuisibilium principiorum diuersa Platonis ac Leucippi sententia. 22.3
Indiuisibilia corpora principia ponere duabus rationibus imaginabatur Democritus. 4.1.B/2.A.B
Indiuisibilia corpora Empedocles expresse non posuit, sed ad eius opinionem sequebatur. 21.4.G
Indiuisibiles magnitudines Logicè probantur à Platonicis. folio. 4.G
Inferiorum & superiorum eandem esse materiam est impossibile. 19.3.E
Inferiora à superioribus sicut à forma respiciuntur. folio. 37.4.H
Infiniti rationem principijs attribuere nonnulli Antiquorũ, & qui nam fuerint. 8.3.F
Infinitam generationem, non in rectum sed in circuitu Arist. opinatus est. 42.1.C
In animatis uirtus augendi ac nutriendi secundum similitudinem communicata est, animatis autem uere. 17.1.C
Irroratum appellauit Plato humidum in superficie. 29.4.H

L

Leucippus quomodo ad motum & qua ratione atomis utebatur. 21.3.E
Leucippi ac Platonis discrimen in principiorum indiuisibilium positione. 22.3
Leucippus uacuum ponit, quod Parmenides negat. 21.2.C
Liber de Cælo est secundus scientiæ Naturalis liber, quem Tertius eiusdem sequitur de Generatione & Corruptione liber. 1.1.B
Lineam componi ex punctis dupliciter exponitur. 5.3.G
Linea est omnino diuisibilis in potentia, non tamen omnino potest esse actu diuisa, quia tota esset solum unus punctus.
Localis motus, motui augmenti præsupponitur. 12.3.F
Locum eundem duo corpora simul continere est impossibile.
Localis motus primus est omnium motuum. 39.3.E
Lubrica seu uiscosa siqua humida sint, minus apta esse mistioni, certum est. 27.1.A.B
Lubricum quomodo sit ac fiat. 29.3.G.H
Lubricum reducitur ad humidum non aqueum, sed aereum, quod est bene inflammabile. 2.91
Lumine cælum ipsum mouet materiam generabilium & corruptibilium ad omnem formam. 28.4.H
Lunæ Sphæra nata est mouere aquam. 25.3.F
Leucippus uacuum ponit sicut priuationem. 21.2.C
Lucis ratione obiectum uisus prius est obiectis aliorum sensuum. 28.4.H
Luce ac motu hæc inferiora à superioribus reguntur. folio. 40.2.A

M

Magnitudo uel paruitas non est diuisibilitatis, uel indiuisibilitatis ratio. 22.4.H
Magnitudines indiuisibiles logicè probantur à Platonicis. folio. 4.G
Materiam unam habent actiua & passiua ab inuicem. folio. 17.4.B/20.1.B
Materia passionis, forma actionis causa est. 20.2.D
Materiam unam semper contrarijs supponere oportet, quæ est etiam una contrariarum. 36.3.G.H/2.3.F
Materia & subiectum continuæ generationis est causa. folio. 10.3.H
Materiam unius & eiusdem rationis superioribus & inferioribus attribuere inconueniens est. 19.3.E
Materie sigillo qualiter fiat ipsa rerum generatio. folio. 38.3.F
Materia omnium generabilium & corruptibilium mouetur ad formas ab ipso cælo mediante lumine. folio. 28.4.H
Materia dicitur non ens non per se, sed per accidens, ratione scilicet priuationis adiunctæ. 11.1.B
Materia una causa est q aliqua inter se mutuam generationem habeant. 11.1.B
Materia aliud esse & aliam rationem suscipit ex ordine ad diuersas formas. 11.1.C
Materiam præter magnitudinem per se existere est impossibile. 13.1.C/2.B
Materia non est quid matematicum. 13.2.D
Materia una numero est omnium, differens tantum secundum rationem. 13.1.C.D
Materia inseparabilis est à passionibus & à forma. folio. 13.3.G
Materia prima secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia.
Materia prima est sicut mater. 28.2.A
ex Materia & forma, seu mouente, potest ipsa motus perpetuitas sumi. 8.2.A
Materia in generabilibus & corruptibilibus causa est, q ipsa possint esse & non esse, Forma uero est à qua tantum sumitur ratio ipsius esse. 38.1.D
Materiæ est moueri & pati, Facere autem & mouere alterius est potentiæ. 39.1.A
Materialis & efficiens causa non coincidunt in idem numero. 39.1.B
Matematicarum figurarum, ac sensibilium quomodo Plato ideas posuit. 4.3.F.G
Mensuras diuersas diuersis attribuere necessarium est. folio. 40.2.C
Mistum quodlibet aerem & aquam habet. 39.1.C
Mista, quomodo elementa contineat, diuersimode loquuntur Auicenna, Auerrois, ac sanctus Thomas. 25.3.H
Mistum, elementa præter naturam continet. 25.2.D
Mista omnia ex quatuor elementis constant. 27.4.E
Mistum, omiomerum esse oportet. 26.2.C
Mista, intentiones ad inuicem corrumpunt. 37.1.A
Mistio est miscibilium alteratorum unio. 27.2.D
Mistionis definitio quomodo suscipienda seu intelligenda sit quo ad omnes suas partes. 27.2.D
Mistionem ipsam quomodo elementa conficiant, naturaliter scilicet, an uiolenter. 25.3.E
Miscibilia quomodo sin in misto post ipsam mistionem. folio. 25.2.C
Miscibilia actiua & passiua ab inuicem sunt. 26.4.G
Miscibilium, quæ nam facilius, ac difficilius miscibilia sint. 26.4.H/27.1.B
Miscibilia sunt quæcunque humida non lubrica aut uiscosa sunt. 27.1.A.B
Molle dicitur subactiuum & quare. 22.3.G
Mistionis digna consideratio. 24.3.H
Mistionis à cæteris motibus discrimen. 25.1.D
Motum & Mobilia Naturalis considerare debet. 1.2.D
Motus continuitas probatur. 41.1.B.C
Motum Cæli ipsa rerum constitutio ex elementis imitatur. folio. 40.4.E
Motus cessat habitibus presentibus in materia. 20.2.C
Motum semper concomitatur tempus, quemadmodum ipsa passio subiectum. 41.1.C
Motus Localis primus est omnium motuum. 39.3.E
Motus unius medietatis circuli non est contrarius motui alterius medietatis. 39.4.H
Motus Cæli continuus est ex mobilis continuitate. folio. 41.1.A.B
Motus semper ipsum mobile assequitur. 43.1.B
Mouere & Moueri, Agere & Pati dupliciter sumuntur. folio. 19.4.G
Mouere seipsa secundum omnes motus corporibus uiuentibus conuenit. 17.1.B
Mouens uniuersalius est quàm faciens.
Mouens primum & ultimum quomodo differunt. 19.4.H
Mouentis à Faciente diuersitas. 18.2.C
Molle non humidum, sed eius effectus dicitur. 29.4.F
Mortis uel uitæ signa secundum Astrologos per domorum diuersam designationem. 40.2.B.C
Multa paucis, & multis pauca adiuncta, non mistionem, sed augmentationem faciunt. 26.3.G

N

Natura semper uel ut in pluribus, generat ea quæ facit. 35.2.B.C
Natura desiderat semper quod melius est. 40.3.F.G
Natura, quæ forma est, bonum & optimum est cuiuscunq; rei. 35.2.C
Naturalia omnia ipsum esse appetunt naturaliter ut quoddam diuinum & sibi proprium finem. 40.3.H
Naturalis non est rerum artificialium generationem & corruptionem contemplari. 1.2.D
Naturalis est, motum & mobilia considerare. 1.2.D
Naturalia solum in loco sunt uere & proprie. 18.1.D
Necessarium ac sempiternum sese sequuntur ac conuertuntur. 42.2.C

Necessaria esse, & poßibilia esse quæ sint. 38.2.C
Nihil sine non ens quomodo sumatur è diuerso ad ipsam entis impositionem. 7.2.D
Niue descendente hiemis tempore frigoris intensio non est, ut in cæteris hiemis temporibus. 25.3.G.H
Nigrescunt cuncta quæ à fumo tanguntur. 32.2.C.D
Non ens simpliciter quando dicatur, & quid sit. 9.2.C
Nutriendi & augendi uirtus animatis et inanimatis diuersimode cõmunicata est: nam animatis proprie, inanimatis secundum similitudinem cõmunicata est. 17.1.C
Nutriendi uirtute speciei deficiente, ipsum animal destruitur. 17.1.D
Nutriuntur omnia ex quibus sunt. 37.3.H

O

Obiectum sensus uisus, ipsa Lucis ratione, prius est obiectis aliorum sensuum. 28.4.H
Oliua non generatur ex frumento: nam semper ex frumento frumentum generatur. 35.2.B.C/26.2.C
Omne omni miscibile non est. 25.1.D
Optimum cuiuscunque rei est ipsa natura quæ forma dicitur. 35.2.C
Os & caro duplex est. 15.3.E

P

Parmenides duo rerum tantum principia posuit, ens & non ens. 9.2.B.C
Parmenides negare uidetur uacuum, quod Leucippus asserit. 21.2.C
Paruitas uel magnitudo non est diuisibilitatis uel indiuisibilitatis ratio. 22.4.H
Paßionis & actionis conditiones duæ necessario requisitæ. folio. 24.1.A
Paßio sicut nunquã est sine suo proprio subiecto, ita tempus sine Motu esse est impoßibile. 41.1.C
Paßio quæcunq; per materiam, actio per formam contingit. 20.2.D
Paßiones p se separari à substantia est impoßibile. 7.3.E.F
Paßiuorum & actiuorum ab inuicem una est materia. folio. 17.4.E/20.1.D
Pati & agere moueri & mouere, dupliciter sumuntur. folio. 19.4.G
Pati separatis conuenire impoßibile est, sicut calido separato pati minime congruit. 20.2.G
Pati & ipsius facere Natura. 19.4.H. & quorum sint. folio. 39.1.A
Patiens & agens genere eadem esse debent, specie autem diuersa. 19.2.3
Patiens & agens loco & subiecto rationabiliter distincta sunt. 24.1.A.B
Patiuntur ab inuicem quæcunque contraria. 19.3.E
Pauca respicientes facile enuntiant, & in errores frequentius elabuntur, sicut fecerunt Platonicorum nonnulli. folio. 23.2.A/4.3.E
Periodus quid nam sit. 40.1.B
Periodus per accidens impediri potest. 40.2.D
Periodo quodam tempus ac omnium uita mensuratur, sed non eodem. 40.1.A.B
Permanentium ac succeßiuorum quædam sic ex esse in potentia perficiuntur, q; ea sublata tollitur eorum ratio. folio. 22.3.E
Philosophus quanti faciat exempla, & quomodo suscipienda sint. 9.2.B/36.1.C
Philosophiæ hominem conducit ipsa rerum sensibilium experientia. 4.1.E.F
Plantæ nutriuntur terra illa, cui aqua est admista. 37.3.H
Planetæ cum ipso sole generantium nomina sortiuntur. folio. 40.2.A
Plato diminutus fuisse uidetur in rerum naturalium consideratione, dum de rerum generatione & corruptione meminit, de alijs autem non. 3.2.D
Platonis opinio, qua superficies principia dicebat, irrationabilior est quam Democriti, qui corpora indiuisibilia imaginatus est. 4.2.A.B
Plato, præter materiam & formam, Tertium principium posuit, scilicet Ideas. 38.3.E.F
Platonis ac Leucippi in principiorum indiuisibilium positione differentia. 22.3
Plato posuit rem generari per sigillum materiæ. 38.3.F
Platonem facile enunciare fecit quia ad pauca respexit, parua sensibilium exercitatio. 4.3.E
Plato rerum sensibiliũ, matematicarumq; figurarum ideas posuit. 4.3.F.G
Plato in Phæd. Generationis & corruptionis effectrices causas ideas posuit. 38.3.E.F
Platonici Logice procedebant ad probandum magnitudines indiuisibiles. 3.4.G
Pluuiales aquæ, calidæ ac uaporosæ sunt. 25.3.G.H.
Potentia proxima ad formas contrarias non est una numero, sed diuersa. 23.2.A
Potentia remota contrariorum est una & eadem, & hæc est materia prima, quæ secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. 23.2.A
Potentiæ nomen scientijs & artibus rationabiliter conuenit. 39.4.F
Potentia & actus non diuersificant speciem. 23.2.A
Potentiæ materiæ quædam consideratione non indigna. folio. 23.2.A
Poßibili posito in esse, nullum aliquod sequitur impoßibile. 23.F.G
Poßibilia & necessaria esse quæ nam sint. 38.2.C
Pori an paßionis causa sint. 23.4.G
Priuatio est alterum contrariorum. 33.1.C.D
Priuationis ratione, materia non ens per accidens dicitur. folio. 11.1.B
Prima materia secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. 23.2.A
Prima materia matri aßimilatur. 28.2.A
Prima causa Cælum appellatur. 25.3.E
Primum & ultimum mouens quomodo differant. 19.4.H
Principia tam intrinseca quã extrinseca ipsorum generabilium. 38.2.A.B
Principium unum ponentes, contrarias qualitates ponere oportet. 30.3.H
Principia generationis secus esse uidentur, quàm opinatus fuerit Anaxagoras. 1.4.C
Principia, infiniti rationem suscipere quidam uoluere ex antiquis, & qui nam illi fuerint. 8.3.F
Principia indiuisibilia diuersimode aßignabantur à Leucippo & à Platone. 22.3

Principia ponere indiuisibilia corpora, duabus rationibus accedebat Democrito. 4.1.B/6.1.B.C
Principia duo ipsarum rerum, ens, scilicet, & non ens, posuit Parmenides. 9.2.B.C
Proprietates fluunt à substantialibus formis, uti proprij illarum effectus. 9.4.E
Punctus in actu, est actu lineæ diuisio. 6.3.F.G
Puncta, lineã cõponere, duobus modis exponi potest. 5.3.G
Pura non sunt simplicia elementa cum in partibus, quibus se contingunt, permista sint. 4.4.H

Q

Quæstio, an Aliquid simpliciter generetur, uel corrumpatur. 7.4.E
Quæstio, An tantum substantia generetur simplici generatione. 7.4.E
Quæstio, cur generatio semper sit. 7.4.E
Quæstio, An non ens sit aliquorũ contrariorũ. 11.1.A.B
Qualitatis tertia tantum species terminus est per se motus alterationis, aliæ uero species per accidens & secũdario. 11.2.C.D
Qualitates elementariæ, quatuor tantum poßibilibus coniugationibus exprimuntur, impoßibilibus autem duabus. 30.2.D
Qualitates sensibiles, quoniam in cæli compositionem non ueniũt, ipsum sentiri sensu tactus ẽ impoßibile. 29.1.A
Qualitas eadem secundum speciem, non autem numerũ eadem manet in genito & corrupto. 32.1.A
Qualitates tangibiles omnes, ad primas quatuor reducuntur. 24.4.H
Qualitates primæ elementa dicuntur, & primæ propositiones. 31.1.C.D
Qualitatum, quam quodlibet elementum sibi in summo determinet. 31.1.C.D
Quantũ uniuersale nõ generatur, sed particulare. 16.4.E

R

Rarefactio non est augmentum, sed alteratio. folio. 14.4.G
Rarum & densum non sunt Physicæ qualitates. 29.1.C
Rationalis, & sensitiua in homine, non realiter, sed secundum rationem diuersæ sunt. 12.1.C
Repletiuum qua ratione de humido dicatur. 29.3.F.G

S

Scientiæ & artes quàm conuenienter potentiæ dicuntur. 39.4.F
Segregatio & congregatio faciunt rem esse uelocioris, aut tardioris corruptionis. 7.1.A
Semper aut in pluribus generantur, quæ secundum naturam fiunt. 35.2.B.C
Sempiternum esse & ex neceßitate, conuertibiliter dicuntur. 42.2.C
Sensus super sensibilia per media effundi, nonnulli uoluerunt. 20.3.G.H
Sensibile apparens suscipitur ut principium in scientia Naturali. 13.2.C
Sensibilia corpora diuisibilia secundum potentiam sunt, nõ autem secundum actum. 5.4.G
Sensibilia antonomastice dicuntur ipsa elementa, & cur. folio. 27.4.E
Sensibilium experimenta Philosophiæ hominem manuducunt. 4.1.E.F
Sensibilium pauca exercitatio Platonẽ errare fecit. 4.3.E
Sensibilium Matematicarumq; figurarum Ideas quomodo imaginatus est Plato. 4.3.F.G
Sensibilia corpora sine contrarietate esse est impoßibile. folio. 28.1.A
Sensitiua & rationalis anima in homine non realiter, sed secundum rationem differunt. 12.1.C
Siccum quomodo describatur. 29.2.C
Siccum & Humidum paßiua sunt, Calidum uero & Frigidum actiua. 29.2.G
Sicci & calidi arsio ignis est. 30.4.G.H
Siccum & humidum dicuntur multifarie. 29.4.G.H
Siccitatis duæ causæ. 31.1.D
Sigillo quodam materiæ ipsa rerum generatio fiebat apud Platonem. 38.3.F
Signum septimum in Astrologia dicitur domus mortis, & ascendens domus uitæ. 40.2.B.C
Simile ne dum simili aliquo modo augetur, sed quandoque diß imili. 16.2.A
Simile à simili impaßibile est. 18.4.E.F
Simplicia sunt omnia in composito. 37.4.G
Simplicium corporum ignis formalior est. 37.4.G
Simplicium corporum solus ignis nutritur. 37.4.G
Symbolum habentium facilior est transitus quàm non habentium. 31.1.A/31.4.G.H
Symbolum habere uel non habere quid sit. 31.4.G
Singularia facilius inspiciemus, quando de uniuersalibus cognitionem sumpserimus prius. 38.1.A
Sol, i. generans, quia adducitur & abducitur fit actualiter generatio ex ipsa rerum allatione. 41.2.A/40.2
Solem, igneæ naturæ putauit Empedocles. 2.3.H
Sphæræ Cæli speciales effectus habent in hæc inferiora. folio. 25.3.E
Sphæra Solis mouet ignem, Lunæ aquam, aliæ quinque aerem, & Stellarum fixarũ Sphæra terram. 25.3.E.F
Sphæra Lunæ apta nata est mouere aquam. 25.3.F
Species non diuersificãtur per potentiã & actum. 23.2.A
Specie non autem numero eadem reuertuntur, quorũ corruptibilis est substantia, quæ uero incorruptibilis substantiæ sunt eadem numero redeunt. 43.1.C.D
Subiectum siue materia, continuæ generationis est causa. folio. 10.3.H
Subactiuum cur ipsum molle dicatur. 22.3.G
Subsistentia non generantur sine sensibilibus corporibus. folio. 27.3.G
Subtile, qua ratione repletiuum dicatur. 29.3.F
Substantia nulli esse potest, quod in alio est accidens. 9.3.H
Substantia, an tantum simpliciter generetur. 5.3.G
Substantiæ substantia contrariatur, & elementum elemento. 37.3.G
Substantia quomodo dicatur suscipere magis & minus. folio. 9.4.E
Substantiales differentiæ per accidentales manifestantur. folio. 7.4.E
Substantiales formas non plures esse in composito, ratiocinatur. S. Thomas. 12.1.B
Substantialis forma, sensu perceptibilis non est. 9.3.H

Substantiales formas sequuntur proprietates, ut illarum effectus. 9.4.E
Succeßiua quædam sic ex esse in potentia perficiuntur, q̃ ea sublata, tollitur eorum ratio. 6.2.D
Succeßiua de sui ratione habent q̃ sint in potentia, & qui tollit ab eis esse in potentia, ipsorum destruit rationem. folio. 6.2.D
Superficies principia asserere, ut Plato uoluit, irrationabilius est quàm ponere corpora indiuisibilia, ut Democritus uoluisse uidetur. 4.2.A.B
Superiora agunt in hæc inferiora per motum & lucem. folio. 40.2.A
Superiora & inferiora non eandẽ materiã habent. 19.3.E

T

TActus contrarietates septem sunt. 29.1.G
Tactu sentiri nequit id, cui nõ insunt sensibiles qualitates, ut Cælum. 29.1.A
Tactus proprie & transumptiue sumptus quid sit. 17.4.G
Tactus quomodo describatur. 18.3.E
Tactus conditiones, quomodo inuestigantur à Philosopho. folio. 18.1.D
Tactus subiecto prior est alijs sensibus: nam omnibus alijs sensibus substernitur. 29.1.A
Tangibiles qualitates ad primas quatuor reducuntur. folio. 29.4.H
Thales milesius omniũ materiam aquã esse dixit. 39.1.B.C
Temperamento maxime uicina est hominis complexio. folio. 37.2.C.D
Tempus sine motu esse non potest, sicut impoßibile est q̃ paßio sit sine suo proprio subiecto. 41.1.C
Tempus & uita omnium periodo mensurantur, sed non eodem. 40.1.A.B
Tempus æquale est generationis & corruptionis eorum, quæ secundum naturam sunt. 40.1.C
Terra & aerem fumus fieri dicitur. 32.2.A
Terra minus sicca est quàm ignis. 31.1.A
Terreæ, aereæ, ac aqueæ, igneæq̃ partes, nonnullæ esse probantur in aere. 25.3
Terra, cui aqua admista est, plantæ nutriuntur. 37.3.H
Terra & ignis calido & frigido distinguuntur. 9.3.G.H
Terra frigidior est aqua, elementisq̃ cæteris. 31.2.A.B
ex Terra & Aere fit ignis. 32.2.C
Terra aeri, igni aqua contraria est. 37.3.G
Tertium elementum ex duobus summe contrarijs generari potest. 32.1.D/3.F
Tertium elementũ ex quibus nam fieri non poßit. 32.4.H
S. Thomæ aptißima persuasio ad unitatem substantialis formæ in composito. 12.1.B
S. Thomas quàm diß imiliter ab Auicenna & Auerroi, elementa mistis attribuit. 25.3.H
Transmutatio secundum substantiam, generatio uel corruptio dicitur, secundum uero accidentia, alteratio. folio. 6.3.G
Transmutatio elementorũ in infinitum minime procedit, nec ultra quartum elementum. 34.2.C
Transitus facilior est symbolum habentium, tardius autem non habentium. 31.4.G.H/32.1.A.B

V

VAcuum asserit Leucippus, quod Parmenides negat. 21.2.C
Vacuum, secundum Leucippum quomodo sit sicut priuatio. 21.2.C
Vdum est humidum in superficie, quod irroratum Plato appellauit. 29.4.H
Vini Gutta in mille millibus amphoris aquæ non miscetur, sed in totam aquam conuertitur, seu corrumpitur. folio. 26.3.G.H
Vinum & aqua per mistionem corrumpuntur. 17.1.D
Viscosa, seu lubrica siqua humida sint, minus bene miscibilia esse certum est. 27.1.A.B
Viscositas, quo nam humido insit. 27.2.C
Violæ & huiusmodi facilis corruptionis sunt. 40.1.D
Vita omnium periodo, sed non eodem mensuratur. folio. 40.1.A.B
Vitæ hominum status diuersi sunt, profectus uidelicet usq̃ ad finem, & alij. 40.2.E
Viuentia corpora seipsa mouent secundum omnes motus. folio. 17.1.B
Visus obiectum cæteris aliorum sensuum prius est, ipsa Lucis ratione. 28.4.H
Vltimum & primum mouens quomodo distinguantur. folio. 19.4.H
Vniuersalia si prius sumpserimus, facilius singularia capiemus. 38.1.A
Vniuersale non generatur sed particulare. 16.4.E
Vna est numero materia omnium differens secundum rationem. 13.1.C.D
Vnum uere & uere multa quæ sint. 21.3.F

Z

ZOdiaci motus qui nam ipsam generationem et corruptionem causet. 41.3.H.B.C

Iudicis Commentariorum Finis.

Aristotelis

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

LIBER PRIMVS.

Cum S. Thomæ Aquinatis expositione.

PROOEMIVM.

SIcut tradit Philosophus in Tertio de Anima, scientiæ secãtur quemadmodum & res. Nã & omnes habitus distinguũtur per obiecta, ex quibus speciem habent. Res autem, quas consyderat Naturalis, sunt motꝰ & mobile. Dicit enim Philosophus in Secundo Physi. q̃ quæcunq̃ mota mouẽt sunt Philosophicæ speculationis: & ideo oportet q̃ ſm drĩam motuum & mobilium distinguantur & ordinentur partes Sciẽtiæ Naturalis. Primus aũt motuum est ipse motus localis, qui est perfectior & cõior omnibus motibus naturalibus, vt probatur in Octauo Phy. Et ideo post cõsyderationem motuum & mobilium in cõi: quæ fuit tradita in Libro Phy. primo oportuit q̃ tractaretur de corporibus ſm q̃ mouent motu locali in Libro de Cœlo: q̃ est secunda pars Scientiæ naturalis. Restat igitur consyderatio de motibus alijs cõsequentibus: q̃ non sunt cões omnibus corporibus, sed inueniuntur in Solis inferioribus. inter quos principatum obtinet generatio & corruptio. Alteratio enim ordinatur ad generationem, sicut ad finem: qui est perfectior naturaliter his quæ sunt ad finẽ. Augmentum etiam consequenter se habet ad generationem. nam augmentum non fit sine quadã particulari generatione: qua scilicet nutrimentum conuertitur in nutritum, sicut etiam Philosophus dicit in Secũdo de Anima, q̃ cibus nutrit inquantum est potentia caro, augmentat autem, inquantum est potentia quanta caro. Et ideo necessarium est, vt, quia hi motus consequenter se habẽt ad generationem, simul cũ eis de generatione & corruptione tractetur. Est autem consyderandum, quòd de vno quoq̃: quod in pluribus inuenitur, prius est consyderandum in communi quàm ad species descendere, alioquin oporteret idem dicere multotiens: ita, scilicet q̃ in singulis id quod est commune repeteretur: sicut probat Philosophus in Primo de Partibus animalium: & ideo prius oportuit de generatione & corruptione in communi determinare, q̃ ad partes eius descendere. Similiter etiã consyderare oportet, q̃, si in aliquo genere aliquod primum inuenitur, quod sit causa aliorum, eiusdem consyderationis est commune genus, & id quod est commune in genere illo: quia illud primum est causa totius generis. Oportet autem eum, qui consyderat genus aliquod causas totius generis consyderare, & inde ẽ, q̃ Philosophus in Metaphy. simul determinat de ente in cõmuni, & de primo ente, quod est à materia separatum. Sunt autem in genere generabilium & corruptibilium, quædam prima principia, scilicet elementa, quæ sunt causa generationis, corruptionis, & alterationis in omnibus alijs corporibꝰ. Et inde est, q̃ Arist. in hoc Libro, qui est tertia pars Scientiæ naturalis, determinat non solum de generatione & corruptione in cõi, & alijs motibus consequentibus, sed ẽt de generatione & corruptione elementorũ. His ergo prælibatis ad demonstrandum intentionem Arist. in hoc Libro, accedendum est ad expositionem eius.

SVMMA LIBRI.

De Generatione & Alteratione, de Augmentatione, de Tactu, de ipso Agere ac Pati, & de Mistione, tam secundum aliorum, quàm secundum propriam sententiam agit.

LECTIO. I.

Quænam in hoc Libro speculari oporteat: deq̃ Generationis & Corruptionis ab alteratione discrimine, ex antiquorum sententiis agitur.

Francisci Vatabli Tralatio.

DEortu autem ac interitu eorum, quæ natura gignuntur, intereuntq̃, uniuersim de omnibus tum causas, tum rationes eorum distinguẽdo, dicamus oportet. præterea, quid accretio, quidq̃ alteratio sit, & eandemne alterationis atq̃ generationis esse naturam existimare liceat, an diuersam, perinde ut ipsis quoque nominibus discretæ sunt.

Antiqua Tralatio.

DE Generatione autẽ & Corruptiõe: & de natura generatorũ & corruptorum, & vniuersaliter de omnibus, & causas diuidendum, & rationes eorum determinandum est. & vtrũ existimãdum sit eandẽ esse naturã alterationis & generationis: aut semotam, vt determinata sunt ex nominibus. T.c.primi.

NHoc igitur Libro Philosophus primo ponit prooemiũ demonstrãs suam intentionem, secundo prosequitur propositum. ibi {Antiquorꝫ quidem igitur.} Circa primũ tria facit. primo. n. ponit id quod principaliter intendit, & continuat ad finẽ Libri de Cœlo, vbi dictũ est, de graui quidem igitur & leui determinatum sit hoc mõ. et subdiutr. de generatione aũt & corruptione, & natura generatorũ & corruptorꝫ, & eorum quæ generantur & corrumpũtur, vt de omnibus & causas diuidendum est, vt, s. assignemus alias causas generationis, & alias corruptionis. vel ẽt vt cões causas distinguamus applicando singulis speciebus generatorum & corruptorũ naturaliter. Et causas & rationes eorꝫ determinandum est, vel generationis & corruptionis, vel ẽt eorum quæ naturaliter generãtur & corrumpũtur: vtrorunq̃. n. definitiones scire oportet. Naturalis enim non solũ cõsyderat motum, sed ẽt mobilia. Dicit aũt naturam generatorum & corruptorꝫ: quia consyderare generationem & corruptionem artificialium non pertinet ad Naturalem, secundo cùm dicit. {Amplius.} Promittit se dicturum de alijs motibus consequentibus, scilicet de alteratione, augmentatione quid sit vtrunq̃, tertio ibi {Et vtrum.} Promittit se dicturum de comparatione prædictorum adinuicem: vtrum, scilicet sit existimandum vel recipiendum, quòd eadem sit natura & ratio alterationis & generationis: aut semota, distincta, scilicet differant ratione & natura: sicut determinata, idest distincta sunt nominibus Deinde cùm dicit.

Continuat hic liber ad librũ de Cœlo.

Naturalis motum & mobilia cõsyderat.

Generatio artificialiꝫ nõ spectat ad Naturalem.

VATAB. *Priscorum igitur, quidam generationem simplicem absolutamq; alterationem esse inquiunt, quidam, generatione alterationem aliud esse.*

ANT. Antiquorum igitur hi quidem vocatam generationē simplicem alterationē esse inquiunt, hi vero aliud generationē, & aliud alterationē.

De generatiōe, corruptione, & alteratiōe secundū antiquoꝝ opi.

Prosequit̄ suum propositum, & primo determinat de generatione & corruptione in cōi, & ēt de cōsequentib⁹, secundo determinat de generatione et corruptione elemētoꝝ, & hoc in Secundo Libro, q incipit. ibi {De mistione quidem igit̄.} Prima pars diuidit̄ in duas. In prima determinat de generatione & corruptione in cōi, & alijs cōsequentibus motibus, In secunda determinat de quibusdā, quæ ad hęc requirunt̄. ibi {Qm̄ aūt primū oportet de materia.} Circa primū duo facit. Primo inqrit, vtrū generatio differat ab alteratione, quod erat tertiū propositorū. oportuit tn̄ prius hoc tangere: qa, cū dr̄ia cōstituat spēm, nō posset sciri ,ppria rō generationis & corruptionis hoc ignorato: secūdo determinat de generatione & cōsequentibus motib⁹, ibi {Vīr itaq; de generatione.} Circa primum tria facit. Primo ponit diuersas snīas antiquoꝝ circa dr̄iam generationis & alterationis, secundo rōnem diuersitatis assignat. ibi {Quicunq; igit̄.} tertio rationem assignatam manifestat. ibi {Empedo. quidem enim.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam antiquorum Philosophoꝝ dixerunt, ꝙ illa, quę dr̄ simpliciter generatio, i. absoluta, est idem quod alteratio, alij vero dixerunt esse aliud generationem simplicem & alterationem. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 43.

Tex. cō. 4.

VATAB. *Nam qui uniuersum ipsum aiunt unū quippiā esse, et oīa ex uno oriri censent, ij generationem alteratione esse, & quod proprie generatur id alterari dicant est necesse.*

ANT. Parme, Meliss. Dioge. Thales Herac. 1. Phy. tex. cō. 6.

Quicunq; igitur vnum aliquid omne esse dicunt, & omnia ex vno generāt, his quidem necesse est vtiq; generationem alterationem esse dicere, & quod principaliter fit, alterari.

Assignat rōnē diuersitatis p̄dictæ. Et circa hoc tria facit. Primo assignat rōnem, quare quidā posuerūt generationē simplicē idē esse qd̄ alterationē. Fuerunt. n. quidā, q posuerunt vnū esse principium materiale oīum reꝝ, puta aquā, vel aerē, vel ignē: & ēt posuerūt ꝙ materia est tota substantia rei: ex quo sequit̄, ꝙ substantia rei semper maneat: & ideo generatio in re nō differt ab alteratione. hoc est quod dicit. Quicūq; dicunt oē vniuersum esse vnū, i. immaterialē substantiā: & oīa generant, i. causant ex vno principio materiali, his necesse est dicere ꝙ generatio sit idem quod alteratio: & ꝙ idem sit aliquid principaliter, i. simpliciter fieri, & alterari. Secundo cùm dicit.

VATAB. *At q plures quā unā esse materias astruunt, uti* Empedocles, Anaxa. & Leucippus, *illas differre dicāt oportet.*

ANT. Quicunq; autem plures materias vnam ponunt, vt pote Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, & Democritus, his aliud.

Assignat rōnem, quare quidā posuerunt differentē generationē & alterationē. Fuerunt. n. quidā Philosophi ponentes plura principia materialia, ex quoꝝ cōgregatione & segregatione dicebāt oīa fieri & corrūpi: & s̄m hoc dicebant congregationē et segregationē esse generationē et corruptionē. Alterationē aūt dicebant fieri per qualitercunq; partium transmutationē. Hoc est ergo quod dicit, ꝙ quicunq; posuerūt plures materias reꝝ q̄ vnam, sicut Empe. Anaxa. & Leucippus cum Democrito, istis videtur aliud generatio, & aliud alteratio. Tertio ibi.

VATAB. *Quanq̄ Anaxagoras suam profecto uocē ignorauit: quippe cū oriri ac interire idem esse quod alterari dicat. at multa esse rerum elementa perinde atq; alij, asserit.*

E Sed tn̄ Anaxa. propriā vocē ignorauit. dicit enim ꝙ fieri & destrui idē existit quod alterari. Multa aūt dicit elementa, quēadmodū & alij.

ANT. Anax. propriam vocē ignorasse videtur. Anax. plura posuit elementa, tn̄ gen. & alte. idē asseruit. Tex. c. 32. c. 33. vsq; d. 40. 50.

Manifestat errorem Anax. de quo dicit ꝙ propriā vocem ignorauit: sicut ille q posuit aliquod incōueniens suę positioni. cum. n. poneret multa elementa, sicut alij, tn̄ dixit singulariter ꝙ generari & corrumpi sunt idē quod alterari. Et huius diuersitatis ratio est: quia sicut dicitur in Primo Phy. Anaxa. posuit res fieri per abstractionem à misto: ponebat autem misceri non solum elementa, sed ēt accidentia: & eundem modū ponebat productionis corpoꝝ, qui pertinet ad generationem & corruptionem: & accidentium, qui pertinet ad alterationem. ut, s. sicut caro fit per abstractionem, ita & albedo: & s̄m hoc generatio non differebat ab alteratione. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Nam Empedocles corporea quidē elemēta, quatuor,* F *omnia uero una cū hisce, quæ motu ciendi uim habent, numero sex ait esse. Anaxagoras uero, & Leucippus, & Democritus infinita. Etenim Anaxagoras ea facit elemēta rerū, quæ similaria sunt, ut os, carnē, medullā, cæteraq;: quorū cuiusq; pars eandem cum toto sortita est appellationem. Democritus aūt, & Leucippus ex indiuisibilibus corporibus, quæ & multitudine & formis infinita sunt, cætera componi dicunt: atq; hæc inter sese differre per illa, nimirum situ, ac ordine eorum ex quibus cōstant.* Porrò, *Anaxagoras &* Empedocles *cōtrario dicere modo uidentur. ille enim terram, aquam, aerem, & ignem, elementa quatuor, eaq; simplicia magis q̄ carnem, os, & id genus similaria. Hic uero hæc quidem simplicia elementaq;, illa uero, terram inquam, aquam, aeremq; & ignem, composita.* G *utpote quibus gignendis, illa præstent semina.*

Empedocles quidem. n. corporea quatuor, oīa aūt cum mouētibus sex ait numero. Anax. aūt, & Leucip. & Democ. infinita. Hic quidem homiomera elementa ponit, vt pote os, carnē, & medullā, & alia, quorū vniuscuiusq; synonyma pars est. Democritus autē & Leucippus ex corpibus indiuisibilibus hæc & alia cōponi inquiunt. hæc aūt infinita & multitudine & formis eē. Illa aūt inter se differūt his ex qbus sunt & positiōe, & ordine horū: cōtrarie aūt vident̄ dicere q circa Anaxagorā eis, q circa Empedo. hi qdem. n. inqunt ignē, & aquā, & aerē & terrā quatuor elemēta & simplicia magis eē q̄ carnem, H & os, & talia sil'ium partiū. Hi aūt hæc quidem simplicia & elemēta esse: terrā aūt & aquā, aerē & ignē cōposita. pāspermiā enim horū eē.

Manifestat p̄missam rōnem: & primo ostēdendo qūo qdā ponebāt plura principia. eoꝝ. n. q ponebāt vnū principiū erat vnus absolutus modus ,pcedendi. secūdo manifestat, quare illi, q ponebāt unū principiū, negabāt dr̄iam generationis & alterationis. quā assumebāt ponentes plura principia. ibi {His qdē igit̄.} Circa primū ponit dr̄ias ponentiū plura principia. & primo cōparat Emp. ad oēs alios. et dicit ꝙ ideo p̄dictū est ꝙ p̄dicti Philosophi posuerūt plures materias, Empe. ponebat. 4. elemēta eē principia materialia, s. terrā, aquā, aerē, & ignē: oīa aūt hęc cū mouētibus, s. cū amicitia quæ cōgregat, & cū lite q̄ segregat, dicit eē sex nūero: & ita ponebat principia finita, alij nō, s. Anaxagoras, Democrit⁹, & Leucipp⁹ ponūt principia īfinita, secūdo ibi. {Hic qdē.} Ponit dr̄iam Anax. à Democrito & Leucippo: hic qdem, s. Anaxa. posuit cor

pora

pora homiomera. i. similium partium esse principia materialia: vtpote infinitas partes carnis, & ossis, medullarū, & aliorum hmōi: quorum quælibet pars est synonyma toti, i. conueniens cum toto in nomine & rōne: hæc enim dicuntur homiomera, i. similium partium. & hæc positio magis manifestata fuit ab Arist. in Primo Phy. Sed Democritus & Leucip. dixerūt omnia corpora sensibilia cōponi ex quibusdam indiuisibilibus corporibus: quæ quidem ponebant infinita multitudine, & forma, & figura. Nam quædam corpoꝝ indiuisibilium dicebant esse circularia, quædā aūt quadrata, quædā pyramidalia, & sic de alijs: ponebāt tn̄ esse indifferentis naturę & speciei, cōtra id quod ponebat Anaxa. & tn̄ cum ista principia sint indifferentis naturæ & speciei, alia corpora sensibilia differunt ab alijs s̄m differentiam eorum ex quibus cōponuntur: non quidem s̄m dr̄iam in specie naturę, sed s̄m dr̄iam positionis & ordinis, prout. s. diuersimode ordinantur & disponuntur in diuersis s̄m prius & posterius, ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Tertio ibi. {Contrarie autem.} Ponit differentiam Anax. ab Empe. & dicit, ꝙ isti contraria videntur dicere. Emp. enim dixit ꝙ ignis, terra, aer, & aqua sunt magis simplicia q̄ caro & os, & talia corpora homiomera, i. similium partium. & hoc ideo, quia ponebat res fieri per congregationem ex elementis. ideo ista elementa quæ congregabantur ad cōpositionē appellabat simplicia. Sed Anaxa. ponebat os, & carnem, & similia corpa esse magis simplicia, elementa vero esse composita. & hoc ideo, quia ponebat res fieri per abstractionem à misto: vnde, cum videret ꝙ ex aere, aqua, terra, & igne, omnia alia corpora generarent̄, credidit ꝙ in prædictis elementis seu corporib⁹ esset maxima mistio: ita ꝙ ex his omnia alia extrahi possent. & hoc ē quod subdit, ꝙ dicebat ista quatuor corpora esse panspermata, i. vniuersalia semina aliarum omniū rerum: quasi prædicta quatuor corpora essent cōmista ex seminibus omnium aliorum corporum.

mplicia q̄ undum naxa. & pedo.

LECTIO. II.

Tam secundum ponentes unum, q̄ plura rerum principia arguitur aliud esse generationem ac corruptionem ab ipsa alteratione: specialiter tamen contra Empedoclis dicta insistitur.

VATAB. *Igitur, qui ex uno omnia conficiunt, generationem & corruptionem esse dicant alterationem est necesse. nam subiectum ipsum semper idem atq; unum manere dicant oportet: quod autem tale est, id dicimus alterari.*

ANT. His quidē igit̄, q ex vno oīa constituūt, necesse est dicere generationē, & corruptionem alterationē. semp enim manere subiectū vnum & idem: tale autem alterari dicimus.

Supra Arist. assignauit rōnem, quare quidam antiqui Philosophi posuerūt generationem ab alteratione differre, quidam aūt non, ex eò, ꝙ quidam posuerunt vnū principium materiale, quidam aūt multa. hanc rōnem supra manifestauit quantum ad radicē, ostendens ꝙ quidā Philosophoꝝ posuerunt multa principia: nā ponentibus vnū principium absolutior est sermo q̄ q plura. nunc aūt intendit ipsam rōnem s̄m se manifestare. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ipsam rōnem, secundo obijcit cōtra eā. ibi {Necesse est aūt.} Circa primū duo facit. Primo manifestat quantū ad ponētes vnū principium, secundo quantū ad ponentes plura principia. ibi {His aūt q genera multa.} Dicit ergo primo, ꝙ oib⁹ illis Philosophis, q ex vno materiali principio ponunt oīa esse ,pducta, necesse est dicere ꝙ generatio & corruptio idē sit alterationi. illud enim principium materiale ponebāt esse aliquod ens actu, puta ignē, vel aerem, aut aquā: & ponebant ꝙ illud esset substantia omniū, quę ex eo generabant̄: & sicut materia semp manet in his, quę ex materia fiunt, ita ponebant ꝙ illud subiectum semp manet vnū & idē: hoc autē

A dicimus alterari, qn̄ manēte substātia actu existentis, fit aliqua variatio circa formas. vnde sequitur, ꝙ nulla trāsmutatio esse possit, quæ dr̄ generatio & corruptio, sed sola alteratio. Nos aūt ponimus omnium generabilium & corruptibilium esse vnum subiectum: quod tn̄ non est ens actu, sed in potentia. & ideo ex eo ꝙ accipit formam, per quam fit ens in actu, dicitur simpliciter generatio: & ex hoc, ꝙ, postq; est ens actu factum, suscipit aliā quamcunq; formam, dicitur alteratio. Deinde cùm dicit.

Sub̄m gn̄ationis & alterationis qūo sumendum.

VATAB. *Qui uero plura genera statuunt, à generatiōne alterationem differre censeant necessum est. cū enim ea coeunt aut dissoluuntur, generatio, corruptiōne fit. Quocirca & Empedocles ad hunc canit modum. Nullius est natura, sed ipsa mistio, mistorumq; prius diuulsio solū. Patet igit̄ sermonem eorum suppositioni esse accommodatum, cùm hoc pacto dicunt, ac eos ad hunc dicere modum.*

B ANT. His aūt qui genera multa faciūt, differre generationē ab alteratione. coeuntibus. n. & dissolutis, generatio contingit, & corruptio. Ideo dicit hoc modo Emp. ꝙ natura nullius ē, sed solū mistura, & segregatio mistorū. Qm̄ igitur proprius hic sermo est eorū suppositioni, ita loqui, manifestum est, & qm̄ dicunt hoc modo.

Manifestat p̄dictam rōnem quantū ad ponētes plura prīcipia. & dicit ꝙ illis, q faciūt multa genera principioꝝ materialiū, de quibus est supra dictū, necesse est dicere, ꝙ differat generatio ab alteratione. inquantū. n. illa coeunt in vnū, contingit s̄m eos generatio, inquātum aūt dissoluunt̄, contingit corruptio. Vnde Emp. dicit, ꝙ natura, i. forma corpis compositi ex elementis, nullius elementoꝝ est. neq;. n. est de natura ignis, neq; de natura aquæ, vel alioꝝ elementoꝝ, sed est solū mistura, i. solū cōsistit in natura quadā mistiōis, C & opposita priuatio cōsistit in segregatione mistoꝝ. Et, qa ex hoc dr̄ aliquid generari ꝙ acqrit propriā naturā, ideo ponebant ꝙ ex cōgregatione erat generatio, & ex segregatione corruptio. fieri alterationē aūt ponebant per solā transpositionē, vt infra dicet̄. quia igitur iste sermo est proprius suppositioni eoꝝ, s. ꝙ ita loquantur, manifestū est, ꝙ ita dicunt de dr̄ia generationis & alterationis, sicut dictum est. Deinde cùm dicit.

Secundum Empe. forma nullius elemēti est, sed solū mistura.

T. c. 5.

VATAB. *At necessarium & illis quoq; est, ut alterationē dicāt à generatione quippiā esse diuersum. fieri tn̄ haud quaq̄ potest, iuxta ea quæ ab eis dicuntur. Quod aūt hoc rectē dicamus facile est perspicere. nā quiescente substantia, ut in ea mutationem in magnitudine, quæ uocatur accretio & decretio, ita et alterationē fieri uidemus. Verum enim fieri nequit, ut alteratio fiat per ea, quæ dicunt, qui plura* D *uno principia faciunt. siquidem affectus ipsi, iuxta quos id accidere dicimus, dr̄iæ sunt elementorum: quod genus sunt, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, ariditas, hūiditas, mollicies durities, & cæteræ aliæ. uti &* Empedo. *ait:*

Albentem penitus Solem, calidumq; uideri.
Ast Imbrem inter cūcta nigrum, simul atq; rigentem.
Similiter, & de reliquis quoq; definit pronunciatq;.

Quare, si fieri nequeat ut ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra, neq; profecto ex albo quicquā nigrū fiet, aut è molli durum. eadem, & de cæteris quoq; ratio est: hoc autem est alteratio. An ne ēt perspicuum est, oportere semper contrarijs ipsis unam subijcere materiam, siue loco, siue accretione, decretioneue, siue alteratiōe mutatio fiat? Præterea similiter & hoc alterationē esse est necesse. Etenim si alteratio fit, & subiectum est elementum unum, et

omnium quæ in sese uicissim mutantur una est materia: &, si subiectum unum sit, alteratio esse solet.

ANT. Necesse est aũt & his generationẽ esse aliud dicere præter alterationem. impossibile tamen est ſm ea, quæ ab eis dicũtur. Hoc autem, quòd recte dicim⁹, facile est uidere. quemadmodum enim videmus, quiescente substãtia, in ea transmutationem fieri ſm magnitudinem, quę vocatur augmẽtatio & diminutio, sic & alterationẽ. sed tñ, ex quibus dicunt, plura principia facientes vno, impossibile est alterari. passiones enim ſm quas hoc dicimus contingere, dr̃iæ elementorum sunt. dico aũt, puta calidum & frigidum, humidum & siccum, album & nigrum, durum & molle, & aliorũ vnũquodq;, vt inquit Emp. Solem album videri, & calidum, Imbrem aũt in omnibus frigidum, nigrũ, & nebulosum. similiter aũt determinauit de reliquis. Quapropter, si non est possibile ex igne fieri aquam, neq; ex aqua terram, neq; ex albo nigrum erit aliquid, neq; durũ ex molli. eadem enim rõ & de alijs. hoc aũt erat alteratio. Amplius autẽ & manifestum: qm̃ vnam semper contrariis supponere oportet materiã, siue transmutetur ſm locum, siue ſm augmentationem & diminutionem, siue ſm alterationem. Amplius aũt similiter necesse est esse hoc & ſm alterationem. si.n. alteratio est, & subiectum vnum elementum, & vna omniũ materia habentium adinuicẽ transmutationem: &, si subiectũ vnum est, alteratio est.

Vnã semp contrariis supponere oportet materiam.

Improbat ea quæ dicta sunt quantum ad ponẽtes plura principia. Nam ſm ponentes vnum principium ex necessitate concludit propositum, supposita sua radice. Circa hæc ergo duo facit. primo obijcit cõiter contra oes, secundo specialiter contra Emp. ibi-{Emp. quidem igit.} Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Dicit ergo, q̃ his, q̃ ponunt multa principia, necesse est dicere q̃ generatio sit aliud p̃ter alterationem, vt dictum est: sed tñ hoc est impossibile subsistere ſm ea q̃ ab eis dicunt. quod facile potest videri ex his quæ sequunt. secundo ibi {Quẽadmodum.} Manifestat propositũ duabus rõnibus. Circa quarũ primam proponit quandã similitudinẽ dicens, q̃ sicut videmus, quod substãtia quiescente, i. permanente, accidit in ea trãsmutatio ſm magnitudinẽ, quæ nominat augmentatio & diminutio, ita necesse est de alteratione ſm qualitatem. Nã sicut quantitas fundat in substantia, ita & qualitas: sed impossibile est p hũc modum fieri alterationem ſm ea, quæ ponunt ab his, q̃ sunt facientes plura principia. dicunt. n. q̃ passiones, i. passibiles qualitates, ſm quas dr̃ hoc contingere, i. alterari, vt patet ex Septimo Phy. sunt dr̃iæ propriæ elementorũ, s. calidum, frigidum, album & nigrum, siccum & humidum, molle & durũ, & alia hmõi. sicut Emp. dixit, q̃ Sol, i. ignis (ponebat enim Solem igneæ naturæ: vr̃ enim esse albus & calidus, imber vero, i. aqua, vr̃ in omnib⁹ esse niger, frigidus, & nebulosus: sicut patet ex ipsa obscuratione aeris, quæ fit p imbres. & similiter determinabãt de reliquis passionibus attribuentes eas elementis. Dicebant aũt, quod nõ erat possibile ex igne fieri aquam, aut ex aqua terram, uel quocunq; modo vnũ elementorũ conuerti in aliud. Non enim ponebant hmõi elementa composita ex materia & forma, vt sic posset ex vno corrupto aliud generari: sed ponebant esse primas materias, quæ non resoluerẽtur in

T. c. 11.

Scdm anti. vnũ elemẽtũ non põt ex alio fieri: & quę eorum rõ.

E aliquod primum subiectum: oportet autem oẽ, quod in aliud conuertitur, resolui in aliquod subiectum primum: impossibile est aũt propria accidentia inueniri nisi in proprijs subiectis. vnde, si calidũ est propriũ accidens ignis, frigidum aquæ, impossibile est calidum esse nisi in igne, frigidum nisi in aqua, & sic de alijs. Si ergo ex aqua nõ potest fieri ignis, neq; ex vno elementorũ aliud, consequẽs est, q̃ nec possit aliquid ex albo fieri nigrum, vel ex molli durũ. & eadem rõ est de hmõi alijs qualitatibus. Cum ergo alteratio non contingat nisi ſm variationem dictarũ qualitatum circa idẽ subiectũ, consequens est q̃ nulla erit alteratio, & ita nihil est quòd ponunt dr̃iam inter alterationẽ & generationẽ. Secundam rõnem ponit. ibi-{Amplius aũt manifestum.} Et dicit q̃ necesse est supponere vnam naturam contrarijs, quę sunt termini motus: in quoliber, s. siue transmutetur aliquid ſm locũ, siue ſm augmentum et diminutionẽ. et sic̃ necesse est hoc esse in alteratione, vt, si alteratio est, sit vnum subiectũ, & vna materia omniũ

F habentiũ hmõi transmutationẽ adinuicem: &, si est vnũ subiectum eorũ, ſm quæ attendit alteratio, sequit ẽt q̃ sit alteratio. Quia igit p̃dicti Philosophi nõ ponũt vnũ subiectũ oium qualitatũ, ſm quas attẽdit alteratio sed plura, nõ possunt ponere alterationes & generationes. Differt aũt hæc rõ à priori. nam ista assignat vr̃em causam medij, quod assumebat in prima rõne. Deinde cùm dicit.

Qũo hęc rõ & prior differant.

Empedocles igitur, & hisce quæ apparent, & ipse sibi contraria dicere uidetur. Nam elementorum nullum ex alio fieri, sed ex eis cætera omnia, & cum uniuersam naturam in unum coegit præter discordiam, ex illo uno rursus quodq; fieri, asserit. Quare ex uno quodam ut patet, eorum quæ differẽtijs quibusdam ac affectibus distincta separataq; sunt, aliud aqua, aliud igni factum est. quemadmodum Solem ait album & calidum, Terrã uero gra

G *uem atq; duram. Detractis igitur hisce differentijs (detra hi enim possunt: nam genitæ sunt) tum ex aqua terram tum ex terra aquam necessario fieri constat. eodem pacto, & cæterorum quodq;. nec tũc solum, uerum ẽt nunc, si modo mutentur iuxta affectus. nam de numero eorũ sunt, quæ adesse & abesse rursus posse dixit: præsertim ad huc inter sese pugnantibus discordia & concordia. Quo circa & tunc ex uno orta sunt ac genita. nõ enim uniuersum ipsum, ignis, aer, aqua, & terra, cùm adhuc unum essent, erat. Sed & id quoq; nequaquam liquet, utrũ scilicet ille ipsum unum principium statuere debeat, an ipsa multa, ignem inquam, & terram & quæ cum hisce eiusdem sunt sẽtiei. Nam quò ipsum unum, ut materia, subijcitur, ex quo mutatione, quæ motionis opera fit, ter*

H *ra & ignis fiunt, elementũ est: at quò, hoc quidẽ ex compositione fit, coeũtibus inquã illis, illa uero ex dissolutiõe, hoc elemẽti appellatione digniora sunt, naturaq; priora.*

Empedocles quidem igitur vr̃ contraria dicere, & ad apparentia, & ad seipsum ipse. Simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum, sed alia omnia ex his. Simul autẽ, quoniam in vnum coniungit oẽm naturã, præter litẽ, rursum vnumquodq; ex vno fieri. Quapropter ex vno aliquo manifestũ, qm̃ dr̃iis quibusdã diuersorum, & passionibus factũ est, hoc quidẽ aqua, hoc autẽ ignis: quẽadmodum dicit Solẽ hoc quidẽ album & calidum, & leuẽ, Terram autem graue & durum. Ablatis igitur his differentiis: (sunt enim auferibiles geniteque)

ANT. T. c. 2. Mũdi gũo est p litẽ & corruptio p amicitiã scũm Emp.

manifestũ

manifestum est quidem necesse fieri & aquam A ex terra, & terram ex aqua. Similiter autem & aliorum vnumquodq; : & non tunc solum, sed nunc cùm transmutantur passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles, possibiles aduenire, & separari, rursus & aliter aduersantib⁹ adinuicem lite adhuc, & amicitia. ideoq; & tũc ex vno generata sunt. Non enim vtiq; ignis & terra & aqua existentia, vnum erãt omne. Incertum autem, & vtrum principium ei ponendum multa, aut vnum. Dico autẽ ignem & terram, & coordinata horũ. Secũdum id. n. quod vt materia supponitur ex quo trãsmutata propter motum, fiunt ignis, & terra, & aqua, vnum elementum: ſm id aũt, q̃ hoc ex compositione B fit, conuenientibus illis, illa aũt ex dissolutione, magis elementa quatuor illa & prima natura.

Disputat cõtra Emp. specialiter duabus rõnibus. Circa quarũ primam dicit q̃ Emp. vr̃ contraria dicere nõ solum his, quæ apparent ſm sensum, in quibus videmus ex aqua fieri aerem, & ex aere ignẽ: sed ẽt videtur contraria dicere sibiipsi. ex vna enim parte dicit, q̃ nullum elementorum generatur ex altero, sed alia omnia elemẽtata corpora componunt ex eis. ex alia vero dicit, q̃ anteq̃ mundus hic generet, contingit oẽm naturam rerũ congregari in vnum per amicitiam, præter litem: & q̃ rursus vnum quodq; elementorũ, & ẽt vnumquodq; aliorum corporũ segregabitur per litem segregantem res. vnde manifestũ est, q̃ per quasdam dr̃ias & passiones diuersorũ elementorũ factum est per litem, q̃ ex illo vno primo hoc esset aqua, & aliud esset ignis. Et exemplificat de dr̃ijs & passionibus. sicut ipse dicit, q̃ Sol, i. ignis est alb⁹, & calidus, & leuis: Terra aũt grauis & dura. et sic patet q̃ istæ dr̃iæ de nouo superueniunt elementis: oẽ autem quod de nouo aduenit põt auferri. Quia igit dr̃iæ sunt auferibiles, vtpote de nouo genitę, manifestũ q̃ ablatis hmõi dr̃ijs, est necesse fieri & aquã ex terra, & terram ex aqua: & similiter vnumquodq; aliorũ elementorũ ex alio. Et hoc non tunc solum, s. in principio, sed ẽt nunc, & hoc per transmutationem passionum. Et q̃ talis transmutatio passionum fieri possit, patet dupliciter. primo ex natura ipsarũ passionũ: quia ex his quæ dicit Emp. sequit, q̃ possit de nouo aduenire: puta p litem segregantem, & rursus separari ab elementis, puta per amicitiã unientem. Aliter ex causa illarũ passionum. nam quia ẽt nunc contrariantẽ lis, & amicitia, sicut in principio: ergo ẽt nunc elemẽta possunt transmutari ſm dr̃ias & passiones: & ideo tũc, s. in principio mundi, ex vno generata sunt elementa superuenientibus his dr̃ijs. Non enim põt dici quod ignis, terra, & aqua existẽtia actu, essent vnum totum. Secundam rõnem postea ponit. ibi-{Incertum aũt.} Et dicit q̃ incertum est, vtrũ Emp. debuerit vnũ principiũ ponere, vel multa, quãuis ipse multa posuerit, s. ignem, terram, & aquã, & alia quæ coexistũt eis. Id aũt dicit esse incertum, quia ex quo vnũ ponebat, ex quo sicut ex materia fiũt ignis, terra, & aqua per aliquã transmutationẽ à lite segregante, vr̃ q̃ sit vnũ elementum, sed inquãtum illud vnum fit ex cõpositione elementorũ in vnum cõuenientium p amicitiam. Illa aũt s. 4. elementa, inquantum fiunt ex illo vno per quãdam dissolutionem per operationem litis, vr̃ magis q̃ illa quatuor sint elemẽta, & principia, & prius natura, & hoc magis attendebat Emp: ponens res fieri p congregationẽ & segregationem. Arist. tñ in præcedenti rõne probat q̃ necesse est elementa fieri non p solam segregationem, sed p quandam trãsmutationem superuenientem dr̃ijs elementorũ: ex quo sequit contrariũ eius quod intendebat Emp. s. q̃ illud vnum fit magis principiũ. Deinde cùm dicit.

LECTIO. III.

Cur de generatione ac corruptione dicendum sit: Democriti de inde cum sua ratione de generatione Sententia tractatur, & ad eius veritatem duæ afferuntur quæstiones: quarũ altera soluitur, ea videlicet, an rerum principia in diuisibilia si sint, corpora sint, an superficies.

Omnino itaq; de Generatione & Corruptiõe simplici absolutaq;, utrum sit necne, & quo pacto sit, & de cæteris absolutis motibus, uerbi causa de Accretione & Alteratione, dicendum est, VATAB.

ANT. Tex. c. 4. Proponit ĩ intentionẽ suã Aristo.

VNiuersaliter itaq; de Generatione & Corruptione simplici dicendum, vtrũ est, aut non est, & qũo est. & de aliis simplicibus motibus, puta de Augmentatione & Alteratione.

Postq̃ Philosophus prosecutus est opinionẽ antiquorũ circa dr̃ias generationis & alterationis, hic incipit determinare de generatione, & alteratione, & de alijs motib⁹. Et circa hoc duo facit. primo dicit de quo est intentio, secundo incipit prosequi suam intentionem. ibi-{Democritus aũt & Leucip.} Circa primum duo facit. primo ponit suã intentionem, secundo assignat suæ intẽtionis rõnem. ibi-{Plato. n. igit.} Dicit ergo primo, q̃, quia Antiqui Philosophi dubitauerunt de dr̃ia generationis, corruptionis, et alterationis: dicendũ est nobis in vr̃i de simplici generatione & corruptione, i. ſm quã aliquid dr̃ simpliciter generari & corrũpi, vtrum, s. generatio simpliciter ẽ, aut non. Nam ſm illos, q̃ dicunt generationẽ ab alteratione differre, generatio simpl'r est: non aũt ſm eos, qui eorum dr̃iam negant. &, si est simpl'r generatio, dicendum qũo est. Et sic̃ est de alijs motibus, qui ordinant quodãmodo ad generationem simplicem, vt supra dictum est, puta de alteratione, & augmentatione. Deinde cùm dicit.

Plato igitur de generatione, ac corruptione quomodo C rebus ipsis competant, consyderauit solum, nec id quidem de omni, sed elementorũ. quomodo uero carnes, aut ossa aut quippiam aliud tale gignatur, nequaquam. Insuper nec de alteratione, nec de accretione, quonã pacto rebus ipsis contingant. Ad summam, de nulla mutatione, nisi superficietenus quicquam, ullus definiuit, præterquam Democritus, cui omnia fuisse curæ uident: sed in hoc nempe qua uia ac ratione fiant, iam discrepat. nam nec de accretione quisquam quicquam definiuit, sicuti diximus, quod non uel quiuis dicat. Dixerunt enim, res ipsas accessu rei similis augeri: id autem quonã pacto fiat, nihil præterea dixere. Nec de mistione, nec de aliorum prope dixerim ullo, uerbi causa de actione & passione, quonam modo aliud agat, aliud patiatur in actione naturali. VATAB.

Plato igitur solum de generatione scrutat⁹ D est & corruptione, quomodo existit in reb⁹: & de generatione nõ omni, sed de ea quæ elemẽtorum. qũo autẽ carnes fiant, aut ossa, aut aliorum quid aliud talium, nihil. amplius neq; de alteratione, neq; de augmentatione qũo existit in rebus. Vniuersaliter aũt extra ea, quæ superficietenus, de nullo aliqs constituit p̃ter Democritum. hic aũt videt de omnibus curã habere. Iam aũt in qualiter & qũo, differt. De augmentatione. n. nullus quicquam determinauit, vt dicim⁹, nisi quod & quiuis diceret: qm̃ adueniente simili augmentãtur, qũo autem hoc fiat non amplius. neq; de mistione, neq; de aliorũ consimili, vt ita dicam, vllo, vt puta de facere, & pati,

ANT. T. c. 5. Deficiens rõ Plato.

Curiosus Democ.

quomodo hoc quidem facit, hoc autem patitur secundum naturales operationes.

Assignat rationem suæ intentionis ex eo quod aliqui Philosophi de his insufficiēter tractauerūt. Et dicit ꝙ Plato inquisiuit de generatione & corruptione tantum quomodo sint in rebus, non tamen de omni generatione, sed solum de generatione elementorum: non autem quō generentur carnes & ossa, aut aliquod aliorꝫ mistorum corporum. neq; etiam tractauit de alteratione & augmentatione quō sint in rebus. Et vniuersaliter nullus aliorꝫ Philosophorum dixit determinate aliquid præter ea quæ superficietenus apparent, nisi solus Democritus: qui videt curam habuisse de omnibus diligenter inquirere: sed iam differt quō inquisiuerint. nullus enim nec ipse, nec ali⁹ determinauit de augmentatione, vt ita sit dicere: vt ēt non quicunq; idiota dicere posset, vt, s. augmentatio fiat adueniente aliquo simili: sed quō per aduētum similis aliquid augetur hoc non dixerunt: neq; etiam aliquid dixerūt de mistione, vel de aliquo alio cōsimili, vt ita dicam: puta de facere & pati, s. quomodo hoc agat & hoc patiatur secundum operationes naturales. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Democritus autem & Leucippus figuras cōcinnant, ex quibus alterationem faciunt, atq; generationem. congregatione quidem & segregatione, generationem atq; corruptionem: ordine uero & positu, alterationem.*

ANT. Generatio & alteratio secūdū Democritum,

Democritus autem & Leucippus facientes figuras, alterationem & generationem ex his faciunt. Segregatione quidem & congregatione generationem & corruptionem, ordine autem & positione alterationem.

Incipit prosequi suum propositum: & primo determinat de generatione & alteratione, eo ꝙ eorum cōnexa est consyderatio, secundo determinat de augmētatione. ibi {De augmentatione autem.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de generatione & alteratione, secundo determinat de eis ſm propriā opinionem. ibi {Determinatis autem his.} Circa primum duo facit. primo recitat opinionem Democriti, qui de omnibus curam habuit, vt dictum est: secundo inquirit de veritate ipsius. ibi {Qm̄ autē videtur omnibus.} Circa primū duo facit. Primo ponit opinionem Democriti, secundo ponit rōnem ipsius. ibi {Qm̄ aūt existimabant.} Dicit ergo primo, ꝙ Democritus & Leucippus, qui faciebāt principia rerum corpora indiuisibilia infinitarū figurarum, ex his causabant generationē & corruptionem & alterationem. Dicebant enim ꝙ p congregationem & segregationem dictorꝫ corporꝫ figuratorū causabatur generatio & corruptio: ex pmutatione aūt ordinis & positionis dictorum corporꝫ causabatur alteratio. Deinde cùm dicit.

T.c.25. T.c.11. T.c.6.

VATAB. *Cæterum quoniam quæ apparent, ea uera esse putabant, contraria autem & infinita sunt quæ apparent, infinitas fecere figuras, ita ut per compositi transmutationem idem cōtrarium uideať alij atq; alij, transmuteturq; inserta re pusilla, & omnino permutato uno quopiam diuersum quid appareat. quandoquidem tragœdia & comœdia eisdem fiunt literis.*

ANT. Qm̄ aūt existimabant verum in apparēdo: contraria aūt sunt & infinita quæ in sensu apparent, figuras infinitas faciūt. Quapropter transmutatione cōpositi idem contrarium videť alij & alij, & transmutatur paruo adueniēte: & vniuersaliter aliud apparet vno trāsmutato. ex eisdem enim Tragœdia & Comœdia fit literis.

T.cō.21. & fnira. Assignat rōnem dictæ positionis. Ad cuius euidentiā sciendum est ꝙ sicut dicit Philosophus in Quarto Meta:

E quidam Philosophi posuerunt verum esse in apparendo, ita scilicet, ꝙ quicquid videtur alicui est verum: adeo ꝙ etiam ponebant cōtradictoria simul esse vera, si diuersis ita videretur. hoc est ergo quod dicit, ꝙ, quia Democrit⁹ & Leucippus existimabant ꝙ verum erat in apparendo, & diuersis hominibus contraria apparent & infinita, vt ostēdit multiplicitas opinionum quæ est inter homines: ideo induxerunt infinitas figuras in primis rerum principijs, vt ex his ratio accipi possit infinitarum opinionum. Et inde est ꝙ per trāsmutationem aliquam eius, quod venit in compositionem alicuius totius, contingit ꝙ idem alio modo videtur alij, & alij se habere. sicut propter diuersum sitū, collum columbæ videtur esse alterius & alterius coloris. Et huiusmodi transmutatio situum fit per aliquod modicū quod superuenit: & vt vniuersaliter sit dicere, transmutato vno indiuisibilium corporum videtur aliud & aliud. Et ponit exēplum in sermonibus, quorum prima principia indiuisibilia sunt literę. ex eisdē au- F tem literis transmutatis secundum ordinem aut positionem fiunt diuersi sermones, puta comœdia, quæ est sermo de reb⁹ rusticanis: & tragœdia, quæ est sermo de bellicis rebus. Igitur sic apparet ratio, quare per variationē ordinis & positionis dicebat Democritus alterationem causari. Deinde cùm dicit.

Apud quosdā Philosophos qcqd vr̄ alicui est verum.

VATAB. *At cum generatio & corruptio diuersum quid esse omnibus fere uideantur, & ea quæ sunt congregatione atq; segregatione oriri ac occidere, & de mutatione affectuū alterari, de his contemplentur qui hoc instituti habent oportet. Hæc autem, & multas & quæ rationis fines non egrediuntur, dubitationes habent. Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero quæ fieri nequeunt, euenire solent. Sunt autem rursus aliæ rationes quæ urgent, quæq; haud facile solui possunt, ꝙ fieri nō potest, ut* G *quicquam aliter sese habeat, si generatio congregatio nō sit, aut ꝙ omnino generatio non est, aut eadem alteratio est. Atq; id (quanquam difficile) enitendum est soluere.*

ANT. Quoniam autē videtur omnibus pene esse aliud generationem & alterationem. (Generari quidem enim & corrumpi congregata & disgregata: Alterari autem trāslatis passionibus.) de his scientibus consyderādum. Quæstiones autem habēt hæc & multas, & rationabiles. Siquidem igitur generatio est congregatio: multa impossibilia contingunt. Sunt autem rursus rationes aliæ cogentes, & non habiles solui, ꝙ non contingit aliter se habere. Et, si non est generatio congregatio, aut vniuersaliter non est H generatio: aut si est, alteratio est. Aut si hoc difficile, dissoluere tentandum est.

Inquirit veritatem huius opinionis. & primo ostendit difficultatem circa hæc existentem, secūdo incipit inquirere veritatem. ibi {Principium autē.} Dicit ergo primo, ꝙ, quia iam penè abolitis opinionibus Priorum Naturalium, qui ponebant idem esse generationem & corruptionem & alterationem, omnibus ferè videbatur tunc temporis quòd aliud esset alteratio, & generatio: ita, scilicet ꝙ generatio esset per hoc ꝙ aliqua congregantur, & disgregantur: alteratio vero per hoc ꝙ per aliquorū transmutationes diuersæ fiunt passiones: necesse est cōsyderare, vt de his sciatur veritas. Habent enim hęc quæstiones multas, & rationabiles. quia, si generatio nihil est aliud q̄ congregatio, multa impossibilia cōtingunt, vt infra patebit. Ex opposito aūt multæ inueniuntur rationes, quæ uidenť cogentes, & nō de facili solubiles: quibus concludiť ꝙ non contingit aliter se habere, quàm ꝙ cōgregatio sit generatio,

generatio, vel omnino nō generatio: vel si est, ꝙ sit idem quod alteratio. Et quāuis hoc sit difficile soluere, debem⁹ tū tentare soluere hanc difficultatē. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Principium autem horum omnium est, utrum ea quæ sunt generentur hoc pacto, accrescant, alterenturq;, & hisce contrarias subeant mutationes, magnitudinibus primis nullam diuisionem admittentibus, an nulla sit magnitudo indiuisibilis: hoc enim interest quamplurimum. Et rursum, si magnitudines sint insectiles, utrum hæ corpora sint, ut Democrito placet, atq; Leucippo, an plana, ut in Timæo scribitur.*

ANT. T.c.7. Principium autem horum omnium, vtrum sic & generantur, & alterātur, augmentanť entia, & contraria his patiuntur primis magnitudinibus existētibus indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo. differt enim hoc multum. Et rursus, si magnitudines īpartibiles sint, vtrum, vt Democritus & Leucippus, hæ corporeæ sunt: vel, vt in Timæo, planities.

VATAB. Procedit ad soluendum prædictam difficultatē: & primo pmittit duas quæstiones, quæ necessariæ sunt ad soluendum prædictam difficultatem, Secundo eas prosequitur. ibi {Hoc quidem igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ principium ad soluendum omnia prædicta oportet accipere ad hoc ꝙ inquiratur primo, vtrum entia naturalia sic generentur, & alterentur, & augmentenť, & contrarijs motibus moueantur, quòd sint aliquę primæ magnitudines indiuisibiles, vel nulla indiuisibilis: hoc enim multum cōfert ad propositum. Secundo autem oportet inquirere, si sunt aliquæ magnitudines indiuisibiles, vtrū illæ magnitudines sint corporeæ, sicut dixerūt Democritus & Leucippus, vel sicut planities, idest supficies, sicut Plato scripsit in Timæo. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Hoc igitur ipsum, fieri, inquam, dissolutionem ad plana usq;, cancellos egreditur rationis. id quod, alio quoq; loco iam diximus. Idcirco magis cōsentaneum rationi fuerit, corpora non posse diuidi. Verum & hæc quoq;, perabsurda sunt, sed tamē hisce alterationem generationemq;, uti dictum est, facere, conuersione & tactu atq; figurarum uarietate permutando idem, contingit: quod sanè Democritus facit. Quocirca, non esse colorem asserit, nā res ipsas per conuersionem colore tingi censet. At illis, qui in plana diuisionem faciunt, minime. Nihil enim, planis compositis, præterquā solida, fit. quando nulla ex eis qualitas affectusùe gigni potest.*

ANT. Tertio de Cœlo, tex. 4. Hoc quidē igitur ipsum, vt in alijs diximus, inconueniens vsque ad plana dissoluere. Ideo magis rationabile corpora indiuisibilia esse. sed hæc quidem multam habēt irrationabilitatem. sed tamē & his alterationem & generationem contingit facere, vt dictum est, conuersione, & contactu transmutātes idem, & figurarum differentijs: quod fecit Democritus. Ideo & colorem non inquiunt esse: conuersione enim colorari. His autem, qui in plana formas diuidunt non adhuc. nihil enim fit præter solida ex compositis. passionem enim non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

T.c.9. Prosequitur præmissas questiones. & primo prosequitur secundam, quam breuius pertransit: Secundo prosequitur primam. ibi {Habet autem quæstionem.} Circa

A primam duo facit. primo ostendit cōuenientius posuisse (quantum ad ea quæ consyderantur in Sciētia Naturali) Democritum q̄ Platonem: Secundo causam huius assignat. ibi {Causa autem.} Dicit ergo primo, ꝙ sicut in Tertio de Cœlo dictum est, inconueniens est hoc ipsum, etiam secundum se cōsyderatum, ꝙ corpora naturalia resoluantur vsq; ad superficies: & ideo magis est rationabile ꝙ sint aliquæ magnitudines indiuisibiles, ex quib⁹ corpora naturalia componuntur: & ꝙ huiusmodi magnitudines indiuisibiles sint corpora, quàm ꝙ sint superficies: quamuis & hoc ipsum multam irrationabilitatē habeat, scilicet ꝙ sint aliqua corpora indiuisibilia, ex quibus corpora naturalia componuntur, sicut partim ostensum est in Libro de Cœlo. Sed tamen ideo est magis rationabile ponere corpora indiuisibilia quàm superficies: quia his, q ponunt corpora indiuisibilia esse principia corporum naturaliū, conuenit assignare causam generationis & alterationis: quæ quidem alteratio, sicut dictum est, transmu- B tat vnum & aliud per quandam conuersionem corporū indiuisibilium, & per alium modum contactus secundū diuersum situm & ordinem: & etiam secundum differentiam figurarum, sicut ponebat Democritus assignās causam alterationis. Vnde Democrit⁹ ponebat quòd color & aliæ huiusmodi qualitates naturales, nō sit aliquid habens esse fixum in natura: sed quòd videtur aliquid coloratum per quandam conuersionem, idest per aliquā variationem corporum indiuisibilium secundum ordinem & situm. Manifestum est enim ꝙ quædam nobis apparent, quorum apparentia causatur ex aliquo modo reflexionis secundum ordinem situs: sicut forma quæ apparet in speculo, & sicut colores yridis, & huiusmodi. talia ergo existimabat esse Democritus omnes formas & qualitates rerum naturalium. & secundū hoc, suppositis suis principijs, ex diuersitate positionis & ordinis causabat omnem diuersitatē alterationis. Sed Platonici, qui resol- C uebant corpora in superficies, non poterāt assignare causam alicuius transmutationis formalis: quia ex superficiebus, quando componuntur adinuicem, nihil est rationabile fieri nisi solida. Cum enim puncta, lineæ, & superficies puræ sint res mathematicæ, non possunt causare ex seipsis aliquam passionem naturalem. vnde, sicut ex punctis non fit nisi linea, & ex lineis non fit nisi superficies, ita ex superficiebus non potest causari nisi corpus. Sed nec ipsi Platonici conantur ad hoc, quòd ex mistione superficierū assignent causam alicuius passionis naturalis. Deinde cùm dicit.

Tex. cō. 6. & 29.

T.c.73. li. primo. Rōnabili⁹ est pricipia ponere corpora indiuisibilia: vt Democ. q̄ supficies: vt Plato.

Democriti placitū tolerabilius.

Platonicorum intolerabilius.

VATAB. *Sed cur parum ualeant quæ consentanea sunt perspicere, causam habet ipsa experientiæ uacuitas. Quam ob rem quotquot diutius circa rerum naturalium speculationem uersati sunt, ij eiusdē principia, quæ inter se cohæreant consentiantq; quam plurimū, supponere magis possunt.* D *At qui è multis rationibus quænam ueræ sint haudquaquam expendere consueuerunt, paucis inspectis facile pronunciant. Porro ex hisce perpendere etiam quis potest, q̄ inter eos intersit, qui naturaliter, quiq; uia rationali quāpiam exercent consyderationē. Nā de eo quod est magnitudines esse indiuisibiles, nōnulli quidē inquiūt, q̄d ipsæ, idealisq; triangulus, plures erit. At Democritus, rōnibus proprijs, naturæq; accommodatis persuasus esse profectò uidebiť. Quod aūt dicimus in pgressu euadet apertū.*

ANT. Inexperientia Platonicos accusat.

Causa autem, quare non potuerunt confessa videre, inexperientia fuit. Ideoq; quicunque magis insudauerunt naturalibus, magis possunt supponere talia principia: quibus multa possunt complicare. Qui autem ex multis sermonibus indocti existentium intuentes,

Tex.c.8. Ad pauca respicientes facile enunciant.

ad pauca respicientes, facile enunciant. Videbit autem aliquis ex his quãtum differunt qui Physice, & qui Logice intendunt. Qui enim aiunt ꝙ indiuisibiles sint magnitudines, hi quidem inquiunt, quia autotrigonum multa erit. Democritus autem videtur propriis & physicis sermonibus persuadere. Manifestum autẽ erit quod dicimus procedentibus.

Assignat rationem quare circa hoc magis deficit Plato q̃ Democritus: & dicit, ꝙ causa huius, ꝙ Plato minus potuit videre confessa, i. ea quæ sunt omnibus manifesta, fuit inexperientia: quia, s. circa intelligibilia intentus, sensibilia non intendebat, circa quæ est experientia. Et ideo illi Philosophi, qui magis studuerunt circa res sensibiles & materiales, magis potuerũt adinuenire talia principia: quibus possent multa sensibilia adaptare. Sed Platonici, qui erant indocti existentium, i. circa entia naturalia & sensibilia, respicientes ad pauca sensibilium, quæ eis correspondebant ex multis sermonibus vel rationibus, i. ex multis, quæ in vniuersali, rationabiliter cõsyderabãt, de facili enunciant, i. absq̃ diligenti perscrutatione sententiã proferunt de rebus sensibilibus. Potest tamen consyderari ex his, quæ præ manibus habentur, ꝙ differunt in perscrutatione veritatis illi, qui cõsyderabant Physice, i. naturaliter, attendentes rebus sensibilibus, vt Democritus: & illi q̃ consyderabant logice, i. rationabiliter, attendentes communibus rationibus, sicut Platonici. Ad ostẽdum enim ꝙ magnitudines aliquę sunt indiuisibiles, Platonici logice procedentes, dicunt, ꝙ aliter sequeret̃ ꝙ autotrigonum, i. per se triangulus, hoc est idea triãguli, multa erit, i. in multos triangulos diuidetur: quod est inconueniens. Ponebat enim Plato omniũ sensibilium esse quasdam ideas separatas, puta hominis, & æqui & similium: quas vocabat per se hominem, & per se æquum: quia, s. logice loquendo homo fm ꝙ est species est præter materialia & indiuiduãtia principia: ita ꝙ idea nihil habet nisi quod pertinet ad rõnem speciei. et eadem rõne hęc ponebant in figuris. vnde ponebant ideam triãgulorum sensibilium, quę dicitur autotrigonum, esse indiuisibilẽ. alioquin sequeretur ꝙ diuideretur in multa, quod est contra rõnem ideæ: ad quam pertinet ꝙ sit vnum p̃ter multa. & ita non est inconueniens ꝙ sint multę superficies triangulares indiuisibiles conformes ideæ. & eadem ratio est de alijs superficiebus. Sed Democritus videt̃ suadere ꝙ sint magnitudines indiuisibiles per rationes proprias & naturales, vt manifestum erit in sequentibus.

Quõ Philosophia rẽ sensibilium experiẽtia conducat.

Idea sensibilium & figurarum.

Quõ logice loquitur Plato.

LECTIO. IIII.

Ea Democriti declaratus suæ sententiæ ratio, qua corpus omne ex indiuisibilibus componi opinatus est.

VATAB. Nam res ipsa dubitationem habet, si quis corpus aliquod, magnitudinemq̃ omnino atq̃ omni ex parte diuisibilem esse statuat, atq̃ fieri posse, ut penitus diuidatur. quid enim erit, quod effugiat diuisionem? Nam, si omni ex parte atq̃ omnino sit diuisibile, & ita diuidi queat, siue simul erit hoc omni ex parte diuisum (& si non simul diuidatur) siue id fiat, nihil accidet impossibile.

ANT. HAbet autem quæstionẽ, si quis ponat corpus aliq̃d esse, & magnitudinẽ oĩno diuisibilem, & hoc possibile. quod diuisionem effugit? Si enim omnino diuisibile, & possibile hoc passim, & simul erit hoc omnino diuisum (& si non simul diuidatur.) et si hoc fiat, nihil erit impossibile.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ circa propositum opinio Democriti potior erat q̃ opinio Platõis, & ratio Democriti erat magis propria, ad hoc manifestãdum inducit rationem Democriti. Et primo ponit eam, secundo soluit. ibi {Sed & hoc tentandum est soluere.} Circa primum duo facit. primo ponit rationem Democriti ad hoc impossibile ducentem, s. ꝙ corpus sit omnino diuisum, i. quantumlibet diuidi potest: Secundo ostẽdit hoc esse impossibile. ibi {Quid ergo erit.} Circa primum duo facit. Primo ponit rõnem ad hoc impossibile ducentem, secundo manifestat necessitatem dictæ rationis. ibi {Quapropter & fm medium.} Circa primum consyderandum, ꝙ oportet ponere corpus vel componi ex indiuisibilib⁹, vel esse diuisibile omnino, i. totaliter fm quodcunq̃ signum. Et ideo Democritus ad ostẽdendum ꝙ corpus sit compositum ex indiuisibilibus corporibus, conatur ostẽdere impossibile esse diuisibile esse corpus sensibile: puta quod lignũ aut lapis sint diuisibilia omnino, i. fm quodcunq̃ signum datũ in corpore. Et ideo dicit ꝙ si quis ponat corpus aliquod, puta sensibile: & magnitudinem quãcunq̃, puta superficiem, vel lineã, diuisibilem omnino, i. fm quodcunq̃ signum datum: & si ponatur hoc esse possibile, remanet quæstio, quid ẽ id quod effugit diuisionẽ, i. quod remanet post diuisionem. Necesse est enim ꝙ diuiso quocunq̃ diuisibili, remaneãt aliquæ partes diuisibiles, in quas fit diuisio. Ideo autem dicit Demo. hoc habere quæstionem: quia, si corpus sit omnino, i. fm totum, diuisibile, & hoc sit possibile: consequens erit ꝙ nihil prohibeat corpus esse simul diuisum quantũcunq̃ diuidi potest, & si diuisio non fiat simul, sed successiue. sicut, si possibile est aliquem hominem peruenire ad aliquem locũ, nihil prohibet eum peruenisse illuc, licet nõ simul, sed successiue peruenìat. et si hoc ponatur, nullum impossibile debet sequi: quia possibili posito nõ sequitur aliquod impossibile secundum Philosophum Primo Priorum cap. Secundo & Septimo Physicorum. Deinde cùm dicit.

Rõnes Democ. pbantes corpus ex atomis componi.

Te. cõ. 9.

Igitur & secundum mediũ, haud secus. Et in summa, si omni ex parte ac omnino diuidi aptũ sit, si diuidatur, nullum emerget, impossibile. quando ne ullum quidem oriat̃ impossibile si in decies millies dena millia diuisum sit. quamuis forte nemo unquam diuidet. Itaq̃, cum corpus ipsum omnino tale sit, diuidatur.

VATAB.

Quapropter & fm medium similiter, & vt si omnino natura est diuisibile, et si diuidatur, nullum erit impossibile nascẽs. Quoniam neq̃ si in mille milia diuisa fuerit magnitudo, nullũ impossibile, & si nullus vtiq̃ diuidat. Quoniã ergo omnino tale corpus, diuidatur.

ANT.

Manifestat necessitatem prędictæ rationis. si enim ponatur aliquod corpus diuisibile per medium, & ponatur esse diuisum per medium, nullum sequitur incõueniens. Et hoc est quod dicit. Quapropter, quia posito possibili nullum sequitur impossibile, similiter erit si aliquid ponatur esse diuisibile, & diuisum secundum medium, & vniuersaliter, si corp⁹ est natum esse diuisibile omnino, idest secundum quodcunq̃ signum: si diuidatur, idest ponatur esse diuisum, nullum erit impossibile nascẽs, idest ex hoc non debet impossibile nasci: quia neq̃ si aliquid est diuisibile in mille milia partiũ, & ponatur esse diuisum, nullum sequitur impossibile: & si nullo modo diuidat̃ actu. Et ita videtur quòd aliquod corpus sit diuisibile in paucas partes, siue in multas, siue totales: & tamen non videtur sequi aliquod impossibile, si ponat̃ aliquid esse diuisum, inquantum est diuisibile. Quia igitur secũdum ponentes corpus naturale non componi ex indiuisibilibus corporibus, & esse diuisibile etiam secundum totum, ponatur esse diuisum: sed hoc ẽ impossibile: ergo & primũ, scilicet ꝙ sit diuisibile secundum totum: est ergo compositum ex indiuisibilibus. Deinde cùm dicit.

Quid

VATAB. *Quid ergo erit reliquum? magnitudo? Id enim fieri non potest. esset enim quippiam haud diuisum. at erat omni ex parte omninoque diuisibile. At uero, si nec corpus, nec magnitudo relinquatur, diuisio tamen sit, aut corpus ex punctis cõstabit, & ea, ex quibus componitur, magnitudine, carebunt, aut nihil omnino erit. Quare siue factum ex nihilo, siue compositum sit, profecto totũ ipsum nihil, præterquam apparens, erit. Similiter si ex punctis conflari dicatur, quantum non erit. Nam cum una in magnitudine sese tangunt, & magnitudo una perpetuaque est, atque illa simul sunt, nihilo maius totũ ipsum reddunt. quoniam, si totum in duo aut plura diuidatur, nihilo ipsum minus quàm prius euadit. Qua de re puncta etiam, si omnia coagmentata sint, nullam efficiunt magnitudinem.*

ANT. Quid ergo erit reliquum? magnitudo? non enim est possibile. erit enim quippiam non diuisum: erat autem omnino diuisibile. Sed si nullum erit corpus, neque magnitudo, diuisio autem erit, aut ex punctis, aut sine diuisione ea erunt, ex quibus compositum est, aut nihil omnino. quapropter & generabitur ex nihilo, & si erit compositum: & omne vtique nihil, & non erit existens, sed apparens tantum. Similiter autem &, si erit ex punctis, non erit, quantum. quando enim tangebant se, & vna erat magnitudo, & simul erant, nõ faciebant maius omne. diuisione enim in duo vel plura, neq̃ maius neque minus priore. Quapropter & si oẽs componantur, nullã facient magnitudinẽ.

Ostendit esse ĩpossibile ꝙ corpus sit totaliter diuisum ex hoc ꝙ non est dare quid remaneat post diuisionẽ. Primo ergo ostendit ꝙ non erit dare quid remaneat ex diuisione, quæ est principalis pars: Secundo ꝙ non erit dare quid remaneat, quod ex incidenti sit elapsum. ibi {Sed et si qua.} Dicit ergo primo, si corpus ponat̃ omnino esse diuisum, quęrendum restat, quid erit reliquum, i. quod remanet post diuisionem. sicut videmus remanere in omni diuisione ea, in quæ diuisum resoluit̃. Et primo ostendit, ꝙ non remaneat magnitudo. hoc enim est impossibile: sequeret̃ enim ꝙ adhuc remaneret diuisibile non diuisum. dicetur autem vel ꝙ magnitudo esset aliquid non diuisibile, vel corpus nõ omnino erat diuisibile: & ita oportet ꝙ id, quod remanet post diuisionẽ, nullo modo sit diuisibile: cum tamen supponatur ab aduersario ꝙ magnitudo sit omnino diuisibilis. Secundo cõcludit, ꝙ illud, quod remanet post diuisionem, neq̃ sit corpus, neq̃ magnitudo, & tamen sit facta diuisio fm totum, sicut dictum est. relinquitur autem ꝙ diuisio erit aut ex punctis, ita ꝙ corpus finaliter resoluatur in puncta, & per cõsequens ea ex quibus componitur erũt sine magnitudine: aut sequitur ꝙ id quod est residuum post diuisionẽ sit omnino nihil.

Tertio ostendit hoc secundum esse impossibile: quia, cùm vnumquodq̃ generetur ex his in quæ resoluitur: si ergo resoluitur in nihil: sequetur etiam ꝙ generetur ex nihilo: quod autem componitur ex nihilo nihil est. sequetur ergo, ꝙ corpus de quo agitur sit nihil, et etiam totum vniuersum eadem ratione: sed quicquid erit in rerum natura erit fm apparentiam tantum, & non fm existentiã.

Quarto probatur primum premissorum, s. ꝙ nõ fiat resolutio in pũcta: quia similiter sequeretur ꝙ sit corpus compositum ex punctis: & ita vlterius sequeretur ꝙ nõ sit quantum iusum corpus. Aut enim esset quantũ, quia corpus diuideretur, aut quia puncta tangerent se: prout

Tex. c. 9.

Punctum quid sit.

VATAB.

duo extrema duarum linearum sunt simul. non secundo modo: quia ex hoc erat vna magnitudo continua, & sic simul erant omnia puncta & nõdum distincta erant adinuicem, & non faciebant totum maius. Punctum enim nihil est aliud q̃ quædam diuisio partium lineæ. nec primo modo: quia ex hoc ꝙ aliquid diuiditur in duo vel in plura, non efficitur totum nec maius nec minus q̃ prius fuerit. Ita enim corpus magnum sicut paruum potest diuidi in duo vel plura: & sic patet ꝙ pũcta nihil sunt aliud q̃ diuisiones: & ꝙ non faciunt aliquid maius. vnde relinquitur ꝙ, si puncta componantur adinuicem, non faciũt aliquid maius. Sic igitur videtur esse impossibile ꝙ corpus sit omnino diuisum: quia non potest assignari quid sit residuum diuisionis tanq̃ principalis pars corporis diuisi. Deinde cum dicit.

VATAB. *Verum enimuero, si quid tale inter diuidendũ corpus, fiat, quale est ramentum illud quod excidit, dum quippiam serra secat̃, atq̃ hoc pacto corpus aliquod è magnitudine abscedat, idem sermo recidit, quomodo inquam diuisibile illud sit.*

ANT. Sed & si quid diuiso corpe, quasi rasura serrę fiat ex corpore: & sic magnitudine quidem corpus egrediatur, idem sermo. illud autem quomodo diuisibile?

Ostendit ꝙ non potest assignari quid residuum diuisionis tanq̃ aliquid quod elabitur. et Primo ostendit ꝙ tale aliquid non potest esse corpus, Secundo ostendit ꝙ non potest esse quodcunq̃ incorporeum ibi {Si autem non est corpus.} Dicit ergo primo ꝙ, si diuiso totaliter corpore diuisio corporis fiat, ita ꝙ aliqua rasura fm rẽ elabatur ex diuisione, pręter principales partes ĩ quas lignum diuiditur: & dicatur ꝙ ex magnitudine corporali totaliter diuisa egrediatur aliq̃d corpus, quasi residuũ, sequeretur idem sensus qui & supra: quomodo, s. poterit substineri ꝙ illud corpus sit adhuc diuisibile, secundum ponentes corpus esse diuisibile: cum positum sit corpus naturale esse diuisum omnino. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quod si id quod abscedere solet corpus non sit, sed forma quædam, affectusue separabilis, sitq̃ magnitudo ipsa, puncta uel tactus sic affecti, magnitudinem ex non magnitudinibus constare incongruũ atq̃ abhorrens est. Adhæc, puncta ipsa siue à motu uacent, siue eundem subeãt, ubinam erunt? unus enim semper duorum quorũdam tactus est, tanqnam re quapiam alia præter tactum punctumq̃, atq̃ diuisionem existẽte. Si quis ergo quoduis aut quantumlibet corpus, esse omni ex parte atq̃ omnino diuisibile ponat, hæc accidunt uniuersa. Præterea, si lignum aut quippiam aliud, iam diuisum rursum componas, iterum æquabile pariter atq̃ unum euadit. Igitur ad hunc modum res sese habet, ut patet, etiam si illud quolibet in puncto incidas. Potentia ergo, omni ex parte ac omnino diuiditur. Quid igitur, præter diuisionem erit? Nam si est affectio quædam, at quonã pacto dissoluitur in hæc sitq̃ ex his, aut qualiter hæc separari queunt? Itaq̃, si fieri nequeat ut magnitudines ex punctis aut tactibus constent, indiuisibilia sint corpora magnitudinesq̃ necesse est. At at uero & ijs quoq̃ qui hæc astruunt, non minus accidit impossibile, de quibus quanquam alias fuit à nobis consyderatum,*

ANT. Ex non magnitudine non fit magnitudo.

Si autem non est corpus, sed species aliqua segregabilis, aut passio quidem quę secessit, et est magnitudo puncti, vel tactus. hoc patien-

tes

tes inconueniens,ex non magnitudinibus magnitudinem eſſe. Amplius autem vbi erunt immobiles,aut mutati pũcti? tactus enim ſemper eſt vnus duorum quorundam:quaſi exiſtente altero preter tactum,& diuiſionem, & punctum. Si vero que quis predictorũ ponet quodlibet,aut quãtitatem,aut corpus omnino eſſe diuiſibile,hec cõtingũt. Amplius,ſi cũ diuidero lignum,compono,aut quid aliud, equaliter & vnum. Quapropter ſic ſe habet,vt manifeſtum,quoniam & incido lignum ſecundum quodcũq; ſignum. Omnino igitur diuiſum eſt poteſtate,quid ergo erit preter diuiſionem? Si enim & eſt aliqua paſſio:ſed quomodo in hec reſoluuntur, & generãtur ex his, aut quomodo ſeparabuntur hec? Quapropter ſi eſt impoſſibile ex tactibus,aut ex pũctis magnitudinem eſſe,neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eſſe, et magnitudines. Sed & hoc ponẽtibus non minus contingit impoſſibile. ſcrutatum eſt autem de his & in aliis.

Oſtendit ꝙ huiuſmodi reſiduum non poteſt eſſe aliquod incorporeum quodcunq; ſit,& hoc tribus rationibus. Circa quarum primam dicit,ꝙ,ſi id quod egreditur à magnitudine totaliter diuiſa non ſit corpus, ſed aliqua ſpecies,i.forma ſegregabilis,ideſt ſeparabilis à ſubiecto: aut etiam aliqua paſſio,ſicut ponit Anaxago. paſſiones & habitus ſeparari & miſceri:& ſe habet huiuſmodi paſſio ſecedẽs à magnitudine per modum puncti, vel tact⁹. illi,qui hoc ponunt,patiuntur primo quidem hoc inconueniens,ꝙ magnitudo componatur ex non magnitudinibus:quod videtur inconueniens. Nã vnumquodq; cõſtituitur ex rebus ſui generis. Non enim colores componuntur ex figuris,nec è conuerſo. Secundam rationem ponit,ibi{Amplius autem vbi.}Circa quam conſyderandum eſt ꝙ lineam componi ex punctis poteſt exponi dupliciter. Primo modo ex punctis motis, ſicut quidam dixerunt ꝙ pũctus motus facit lineam,& linea mota cõſtituit ſuperficiem,& ſuperficies mota corpus. Alio modo poteſt exponi ꝙ ex punctis etiam non motis conſtituatur magnitudo ſicut ex partibus. vtrolibet autẽ modo magnitudo componatur ex pũctis,oportebit aſſignare vbi ſint puncta,i.quem ſitum habeant in magnitudine. eſt enim aſſignare de ſingulis partibus ex quibus cõponitur magnitudo. ſed hoc nõ poteſt aſſignari: quia pũctus non poteſt aſſignari in magnitudine,niſi vt quidam tactus partium continui,vel diuiſio partium lineæ iam diuiſæ:tactus autem ſemper eſt vnus quorundam duorum:quæ,ſ.ſunt partes magnitudinis habentes determinatũ ſitum in magnitudine:quaſi illud quod eſt pars magnitudinis habens determinatum ſitum inter partes eius ſit aliquid præter ipſum tactum & diuiſionem:& per cõſequens præter punctum. non ergo videtur eſſe poſſibile, ꝙ magnitudo diuidatur in puncta, vel tactus, aut diuiſiones. ſi ergo aliquis ponat quodcunq; corpus, aut quãtãcunq; quantitatem eſſe omnino diuiſibilem, continget hoc inconueniens, quod nunc dictum eſt. Tertiam ponit.ibi{Amplius ſi cũ diuidero.}Et dicit:& poſtquã diuido lignum,& quodcũq; corpus aliud,& iterum ex eiſdem partibus compono illud,fiet æquale & vnum corpus:quia,ſ.eæ ſunt in quę diuiditur, & ex quibus componitur. vnde videtur ſimiliter ſe habere ſi diuido ſecundum quodcunq; ſignum,quod ſupra dixit,omnino vt.ſ. ex his in quæ diuiditur poſſit componi, Sit ergo lignum omnino diuiſum poteſtate.i.omnia in quę poteſt diuidi: quid igitur erit preter diuiſionem? quia oportet omnem

Lineam cõ poni ex pũ ctis dupl' exponitur.

E ediuiſionem ad aliquid terminari. ſi enim dicatur ꝙ id qđ ſt reſiduum diuiſioni ſit aliqua paſſio: ſequeretur ꝙ corpus diuideretur in paſſiones:& ex conſequenti generabitur ex eis, quod eſt impoſſibile: quia neq; ſubſtãtia quãtitas generatur ex paſſionibus. aut etiã quomodo eſt poſſibile ꝙ paſſiones ſint ſeparatę: Vlterius autem cõcludit principale propoſitum dicens,ꝙ,ſi eſt impoſſibile ꝙ magnitudo componatur ex tactibus aut punctis, ſicut prædictæ rationes concludunt, neceſſe eſt ponere ꝙ ſint quędam corpora indiuiſibilia, et quod ſint quædam magnitudines indiuiſibiles. quia,ſi corpus ſit omnino diuiſibile, ſequeretur ꝙ componatur ex tactibus, vel ex pũctis, vt ex dictis patet. Vlterius autem poſt rationem Democriti ſubiungit Ariſt. ꝙ hoc ponentibus,ſ.eſſe corpora indiuiſibilia non minus accidit impoſſibile:& hoc perſcrutatum eſt in aliis,ſ.in Tertio libro de Cœlo. T.c.17.

LECTIO. V.

F Propoſita veritate, duæ contra illam adducuntur Democriti ſententiæ,& ſoluuntur, ex quarum ſolutione rerum generationem aggregationem, corruptionem ex ſegregatione non eſſe deducit.

VATAB. *Tamen ea ipſa ſoluere eniti oportet r quã ob rem iterũ ab initio dicẽda dubitatio eſt. Igit oẽ corpus ſenſibile, quouis in puncto eſſe diuiſibile, atq; indiuiſibile, nihil eſt abſurdum. potentia ſiquidem diuiſibile exiſtit, actu indiuiſibile.*

ANT. SEd & hec tentandum eſt ſoluere: ideo rurſus à principio queſtionẽ dicere oportet. Omne quidem igitur corpus ſenſibile diuiſibile eſſe ſecundum quodcunq; ſignum, & indiuiſibile non eſt inconueniens. hoc enim poteſtate, hoc autem endelechia exiſtit.

T.c.9. Nõ eſt incõueniens oẽ corp⁹ ſenſibile eẽ diuiſibile ſecũdum poteſtiam nõ tñ ſecundum actum.

G Poſtq̃ Philoſophus poſuit rationem Demo. hic procedit ad eius ſolutionem. Et primo ponit de quo eſt intẽtio dicens ꝙ tentandum eſt ſoluere prædictam dubitationẽ:et ideo vt melius ſoluat,oportet à principio repetere quæſtionem. Oſtenſo enim breuiter in quo virtus quæſtionis conſiſtat facilius apparebit vbi debeat adhiberi ſolutio. Secundo ibi.{Omne quidem igitur.}Proſequitur intentum. Et primo ponit veritatem. Secundo ponit obiectiones Demo. contra veritatem. ibi{Eſſe autem poteſtate ſimul.}Tertio ſoluit{Quoniam autem latet.}Dicit ergo primo ꝙ non eſt inconueniens dicere vtrumq; horum,ſ.ꝙ omne corpus ſenſibile ſit diuiſibile ſm quodcunq; ſignum, vel ꝙ non ſit diuiſibile. Alterũ enim horum in potentia eſt verum,ſ.ꝙ corpus ſit diuiſibile ſm quodcunq; ſignum: alterum vero horum eſt verum ſm endelechiam,i.ſm actum, ſ. ꝙ corpus ſenſibile non ſit diuiſibile ſecundum quodcunq; ſignum in actu.

H Deinde cum dicit. VATVB.

At,ut ſimul ſit omni ex parte poten tia diuiſibile, fieri non poſſe uideatur. Nã ſi fieri poſſit, & fiat, haud quaquam ad hunc fiet modum, ut ſimul ambo ſit actu, indiuiſibile inquam, atq; diuiſum, ſed quolibet in puncto diuiſum. nihil igitur erit reliquum, atq; corpus ipſum corruptione abibit in incorporeũ: et rurſum, aut ex punctis, aut prorſus ex nihilo fiet. At id, qui fieri poteſt? At uero quòd in ſeparabiles & ſubinde minores atq; inter ſe diſtantes ſeparataſq; magnitudines diuidatur corpus, certũ eſt. Itaq; nec per partes diuidenti ſectio quæ in mutula ſit, infinita occurret. nec inſuper cõtinget, ut omni in ſigno: (nõ enim eſt poſſibile:) ſed quadã tenus diuidatur. Indiuiduas igitur ineſſe magnitudines, quæ oculi aciem fugiant, neceſſe eſt, & pſertim, ſi generatio cõgregatiõe, & corruptio ſegregatione,

gatione, fieri debeat, Quæ igitur ratio, magnitudines eſſe indiuiſibiles neceſſario colligere uidebatur, hæc eſt.

ANT. Eſſe autem poteſtate ſimul omnino diuiſibile impoſſibile videtur eſſe vtiq;. Si enim poſſibile, & fieret vtiq;, nõ vt ſint ſimul actu ambo indiuiſibile & diuiſum, ſed diuiſum ſm quodcunq; ſignum. nullũ igitur erit reliquum & in incorporeũ erit corpus corruptũ, & generabit vtiq; quidẽ rurſus aut ex punctis, aut omnino ex nihilo:& hoc quomodo poſſibile? Sed quoniam diuidit in ſemp diuiſibilia & ſemper in minores magnitudines, & in ſemotas & diſgregatas, manifeſtum. Neq; itaq; ſm partem diuidenti erit infinita fractura neq; poſſibile eſt ſimul diuiſum eſſe ſecundũ oẽ ſignum: (non.n.poſſibile omnino,) ſed vſq; ad qd. Neceſſariũ ẽ igit indiuiſibiles exiſtere magnitudines. & indiuiſibilia corpora, pſertim ſi & erit generatio et corruptio, hec quidem ſegregatione, hec autem congregatione. Cogens igitur ſermo eſſe magnitudines indiuiſibiles, hic eſt.

...ę rõnes Democriti ...ma rõ.

Ponit duas rationes Democriti contra veritatem. Circa quarum primam dicit, ꝙ ſm obiectionem Demo. videtur impoſſibile ꝙ corpus ſenſibile ſit ſimul diuiſibile in potẽtia omnino, ſ.ſm quodcunq; ſignum, ſicut nuper dictũ eſt. Credebat enim Demo. ꝙ quicquid eſſet ſimul in potentia poſſet eſſe ſimul in actu: & argumẽtabatur, ſicut eſt poſſibile ſimul in potentia corpus ſenſibile omnino diuidi, ꝙ hoc fieret in actu: non quidem ita ꝙ eſſet ſimul in potentia diuiſibile, & actu diuiſum, ſed ꝙ eſſet ſimul diuiſum actu ſm quodcunq; ſignum: ſed hoc oſtendebat eſſe impoſſibile. quia ſicut ex ſupradictis patet, ſequeretur ꝙ nil incorporeum eſſet reſiduum à diuiſione, & ꝙ corpus corrũperetur in rem incorporeã, & ex conſequenti ꝙ corpus generaretur ex aliquo incorporeo, aut ex punctis, aut omnino ex nihilo. ſed hoc eſt impoſſibile: non ergo eſt poſſibile ꝙ corpus ſenſibile ſit omnino diuiſum ſimul: neq; ergo videtur poſſibile ꝙ ſit omnino diuiſibile in potentia. Sed, quia videmus ad ſenſum, ꝙ corp⁹ ſenſibile diuiditur in partes adinuicẽ & ſeparabiles, vel etiam in partes diuiſibiles, & maior magnitudo ſemper diuiditur in minores magnitudines, & totum coniunctũ diuidit in aliqua ſegregata & ſeparata: manifeſtũ eſt hoc ita ſe habere. Non ergo eſt poſſibile, neq; ꝙ fiat diuiſio in infinitum ſm partẽ: ita ꝙ pars poſt partem à toto ſenſibili corpore ſeparetur. neq; eſt poſſibile ꝙ corpus ſenſibile diuidatur ſimul ſm quodcunq; ſignum, neutrum enim horum eſt poſitum: quia vtrobiq; videtur ſequi pdictum incõueniens. Sed videtur ꝙ diuiſio corporis poſſit procedere vſq; ad aliquem terminum, vnde ſequitur quod neceſſe ſit aliquas magnitudines eſſe indiuiſibiles, & aliqua corpora indiuiſibilia ſm Demo. Secundã rationẽ ponit. ibi.{Et aliter ſic erit.}Et dicit ꝙ aliter etiã videtur eſſe neceſſarium eſſe corpora indiuiſibilia, poſito.ſ.ꝙ generatio ſit per congregationem, & corruptio ſit per ſegregationem. & hoc quidem neceſſarium erat ponere Demo. quia ponebat formas & naturas rerum determinari ſecundum poſitionem et ordinem. videmus autem ꝙ totum, cuius forma conſiſtit in poſitione & ordine, ſicut domus, non generatur niſi congregatione, neque corrumpitur niſi ſegregatione: & ideo, cum non ſit poſſibile in principiis generationis & corruptionis procedere in infinitum: ponebat ꝙ eſſent aliqua principia prima, ex quib⁹ corpa cõgregabant, & in q̃ ſegregabant, & hmõi dicebat eſſe corpa idiuiſibilia. Deinde cũ dicit.

...eſt Ari. ...impoſſi...itas quã ...ponit,s.T.

...cida rõ.

...a ratiõe ...mo, ad ...induce ...ur.

A *Sed quod clanculo peruerſa ratiocinatione utatur & quatenus lateat, exponamus oportet. Nam, quia punctum puncto nõ hæret, magnitudines partim ſunt et partim nõ ſunt omni ex parte diuiſibiles. Sed cum hoc poſitũ aſſertumq; eſt punctum ubiuis ac omni in parte uidetur eſſe. ita ut in puncta diuidi magnitudinem ſit neceſſe: quippe cum omni in parte punctum ſit. quo fit, ut ea uel tactibus uel punctis conſtet. At omni in parte diuiſibilis eſt, quia ubi ubi unũ eſt, & omnia ut ſingulũ quodque. Vno autem plura nõ ſunt: nõ enim ſunt deinceps. Quare, non omni in parte diuiſibilis eſt. nam, ſi per medium diuiſibilis ſit, et per punctum adhærens erit, diuiſibilis. At id haud quaquam ſit. ſiquidem, nec ſignum ſigno, nec punctum puncto hæret. Hoc autem eſt diuiſio & compoſitio. Quare tam congregatio quàm ſegregatio eſt, ſed* B *non ex inſectilibus, & in inſectilia. complura enim inde emergunt abſurda, nec hoc pacto ut omni ex parte fiat diuiſio (id enim eueniret, ſi punctum puncto hæreret:) ſed ſegregatio in parua & minora, & congregatio ex minoribus fit.*

Quoniam autem latet paralogizans, & quomodo latet dicamus. Quoniã enim nõ eſt punctum puncto vndiq; cõtiguus, omnino eſſe diuiſibile ineſt quidẽ aliquo modo magnitudinibus, aliquo autẽ modo nõ ineſt. Videtur autem quando hoc ponit, & vndiq; & vbiq; eſſe punctu: quapropter neceſſe diuidi magnitudinẽ in pũcta. vbiq; enim eſt punctum. quapropter C aut ex tactibus, aut ex punctis eſſe. Hoc autem eſt quod exiſtit vbiq;, quoniã vna vtiq; & omnis, & vnuſquiſq;: plures autem vna non ſunt, conſequenter enim non ſunt: quapropter non vbiq;. Si enim ſm medium diuiſibile: & ſecundum contiguum punctũ erit diuiſibile: nõ autẽ poſſibile. Non enim eſt contiguum ſignum ſigno, aut pũctum puncto: hoc enim eſt diuiſio, aut cõpoſitio. Quapropter eſt congregatio aut diſgregatio, ſed neq; i atoma, & ex atomis (multa enim impoſſibilia cõtingunt neq; itaq; vt diuiſio fiat vbiq;. ſi enim eſſet cõtiguum punctũ pũcto hoc vtiq; eſſet:) Sed in parua & minima eſt congregatio, & ſegregatio ex minimis. VATAB.

Alias diuidi in nihil.

D Soluit prædictas rationes. Et primo primam, Secundo ſecundam. ibi.{Sed non ſimplex.} Circa primum oſtenſum eſt, ꝙ tota virtus rationis Democriti in hoc cõſiſtit, ꝙ, ſi corpus ſenſibile omnino eſt ſimul diuiſibile in potentia, ꝙ ſit ſimul omnino in actu: ſed hæc conſequentia non tenet in omnibus Quędam enim ſunt, de quorũ ratione eſt eſſe in potentia: vnde in talibus nõ poteſt poni eſſe ſimul in actu, quod eſt ſimul in potentia: quia tolletur ratio & natura illius rei: quod quidem primo manifeſtum eſt in ſucceſſiuis. In prima enim pte diei ſimul poſſibile eſt eſſe horas diei: nõ tamen poteſt poni ꝙ omnes horæ illius diei ſint ſimul actu. aufertur enim natura temporis: de cuius ratione eſt ꝙ ſit numerus motus ſecũdum prius & poſterius. ſi enim eſſet ſimul quęlibet pars eius: iam non eſſet ſecundum prius & poſterius. Secundo apparet hoc in permanentibus. De ſubſtãtia enim aeris eſt materia, quæ eſt in potentia ad omnes formas: tamen non poteſt poni ꝙ ex aere ſit generatum quicquid eſt

Solo' prime. Introductio lrę pulcherrima.

est possibile ex eo generari: quia tolleretur natura materię, quæ semper est in potentia ad omnes formas. Sic igitur contra rationem magnitudinis, puta lineæ est, ꝙ sit simul omnino actu diuisa. vnde non sequitur, si est simul omnino diuisibilis in potentia, ꝙ possit poni simul omnino actu diuisa. Quod hoc sit cōtra rationē lineę patet. nam diuisio lineæ in actu nihil aliud est ꝙ̄ punctum in actu esse: si ergo esset simul omnino in actu diuisa, oporteret ꝙ punctum esset vbiq; in actu in linea, & ita oporteret ꝙ puncta essent contigna, vel consequenter se habētia in linea: hoc autem non potest esse. quia, cum puncta sint indiuisibilia, multorum punctorum contiguorum vnum nō excederet aliud: quia vnum tangeret aliud secundum se totū, & ita omnes puncti nō essent nisi vnus punctus. Nō ergo potest esse ꝙ puncti sint vbiq; in actu per lineam, & ita contra rationē lineę est ꝙ sit simul tota diuisa in actu. Et ita non sequitur ꝙ si sit simul diuisibilis omnino in potentia, ꝙ possit poni omnino esse diuisa in actu. Dicit ergo primo Philosopus ꝙ Demo. latet paralogizans, idest facit paralogismum latētem. & dicit quomodo lateat eius defectus. Quia enim punctū puncto non potest esse contiguū, & per consequens nō pōt esse ꝙ linea sit omnino diuisa in actu. & ita esse diuisibile vbiq;, licet aliquo modo conueniat magnitudinibus, scilicet in potentia: tamen quodammodo non conuenit eis, scilicet in actu, quia, quando ponitur vbiq; esse diuisa in actu, videtur poni ex consequenti ꝙ vbiq; sit punctum: cum punctus in actu nihil aliud est ꝙ̄ actu diuisio lineæ.

Punctū in actu ē diuisio lineę.

Si autem punctu est vbiq; in linea necesse est ꝙ magnitudo diuidatur in puncta: cum nihil aliud in magnitudine inueniatur. vel etiam (ſm aliam literam) ꝙ diuidatur in nihil qa nihil erit residuū p̄ter diuisionē, si vbiq; sit pūctū, quod est diuisio. Et ideo sequitur ꝙ magnitudo vel sit ex punctis, vel ex tactibus partium lineę, siue diuisionibus lineę. quod in idem redit. Ponitur enim ſm prędicta, ꝙ hoc, quod existit in linea, sit pūctū, vel tactus, aut diuisio, si linea sit omnino simul diuisa. sed hoc nō potest esse: quia sequeretur ꝙ solum vnū punctum esset vbiq;, idest in qualibet parte lineę, & ꝙ omnes partes lineę non plus continerent de situ ꝙ̄ vnusquisq; eorum: immo ꝙ non essent plures ꝙ̄ vnus, vel plures diuisiones ꝙ̄ vna. Non enim possunt se habere consequenter, ita ꝙ vnum punctum sit post aliud: neq; ꝙ se tangant secūdum vltima tantum, & secundum alia secernantur: quia cum sint indiuisibiles, secūdum totum coniunguntur: & omnino omnes puncti coniuncti non sunt nisi vnus: & ideo non est possibile ꝙ sit vbiq; per lineam, quia si linea esset diuisibilis secundum totum sui, & punctus esset contiguus puncto, posset etiam diuidi secundum contiguum punctum: si esset omnino diuisibilis. sed hoc est impossibile: quia non est contiguum vel habitum, idest cōsequenter se habēs punctum puncto: vel quodcūq; signum signo. hoc autem punctum in actu nihil aliud est ꝙ̄ actualis diuisio lineę, aut compositio, siue tactus partiū lineę. vnde cōcedēdū est, ꝙ in corporibus sensibilibꝰ inuenitur cōgregatio & disgregatio: non tamen indiuisibilium corporum, aut ex indiuisibilibus: multa enim impossibilia sequerētur, vt in Tertio de Cœlo dictum est. Neq; ita ꝙ

T.c.7.&.8

diuisio actualis lineę fiat vbiq;. hoc enim contingeret si punctus esset contiguus puncto: quod est impossibile, vt ex dictis patet: sed segregatio corporum est in aliqua parua & minora, cōgregatio vero est ex aliquibus paruis & minoribus, non autem ex minimis: quæ oportet esse indiuisibilia. Deinde cum dicit.

VATAB.

At simplex perfectaq; generatio, congregatione & segregatione definita non est, quemadmodum nonnullis placet: qui & eam quæ in continuo fit mutationem, alterationem esse asserunt. Verum id ipsum est, in quo prorsus errant. non enim generatio simplex atque corruptio,

E *congregatione segregationeue fit, sed cum ex hoc in hoc mutatio fit. Alij uero, omnem eiusmodi mutationem, alterationem esse putant. At in hoc, discrimen subit. nam hæc ratione, illa materia, in subiecto existit. Igitur cùm in hisce fuerit mutatio, generatio erit uel corruptio: cum in affectibus & ijs, q̄ p̄ accidens alicui cōpetūt, alteratio.*

ANT. T.c.10.

Sed non simplex & perfecta generatio congregatione & segregatione determinata est, vt qdā inquiūt: eā vero, q̄ in cōtinuo in cōtinuo ē, trāsmutationem, alteratione. Sed hoc ē in quo errāt oīa. est enim generatio simplex & corruptio non cōgregatione & separatione, sed qn̄ transmutatur hoc in hoc totum. Alii autē existimant alterationem esse omnem talem transmutationem. F in hoc autem differunt. in subiecto hoc quidem est ſm rōnem, hoc autem secūdum materiam. Quando quidem igitur in his trāsmutatio fuerit generatio erit & corruptio: quando autem in passionibus & secundum accidens, alteratio.

Generatio & alteratio quō sint alteratio.

Solutio secunda.

Soluit secūdam rationem Demo. per interemptionē. Et primo interimit generationem simplicē & curruptionem esse congregationem & segregationem, vt Demo. existimabat, Secundo ostendit cōsequenter ad quid pōt verificari dictum Demo. ibi. {Segregata autē.} Dicit ergo primo: ꝙ non est ita dicendum, sicut quidam dixerunt, ꝙ simpliciter & perfecta generatio fiat per congregationem, corruptio autem per segregationem: & ꝙ omnis transmutatio, quę fit in aliquo permanēte, scilicet nō congregato nec segregato, sit alteratio. Credebant. n. G hoc accidere in rebus naturalibus, sicut accidit ī domo, vel naui, & in huiusmodi: quorum forma constat in compositione vel ordine. non enim fiunt nisi per congregationem partium, neq; corrumpuntur nisi per segregationem: quæcunq; autem alia transmutatio accidit præter solutionē continui, alteratio est. Hoc ergo est ex quo pcedit tota fallacia. Est enim generatio & corruptio in rebus naturalibus, quorum forma non est positio & ordo, non quidem per congregationem & segregationem, sed quia fit transmutatio ex hoc toto, i. non dissoluto in partes, in hoc totum, quasi non congregatum ex aliquibus partibus. Sed Antiqui philosophi putabant omnem talē transmutationem, quæ fit aliquo toto integro manente, esse alterationem: quod quidem non est verū. quandoq; enim potest eē simplex generatio, & quādoq; alteratio. sed in hoc differunt: quia in subiecto aliquo est hoc quidē secundum rationem, idest secundum formam, hoc autē secundum materiam. nam corpus naturale actu existens H compositum est ex materia & forma. quando igitur est transmutatum secundum materiā & formā ſm, ita scilicet ꝙ materia accipiat aliam formam substantialem, erit simplex generatio & corruptio: quando autem est transmutatio secundum accidētia & passionem, erit alteratio. Deinde cum dicit.

Generatio qualiter fit.

Transmutatio secūdū subiectum est generatio uel corruptio: secūdum accidentia uero alteratio.

VATAB.

Sed quæ congregantur, ægre, quæ uero segregantur facile corruptioni redduntur obnoxia. Nā, si aqua in minores aquæ particulas, sit discerpta. in aerem ocyus mutari solet: si uero collecta sit, segnius. quod in hisce quæ posterius dicentur, apertius fiet. Nunc uero sit hactenus definitum, fieri nnn posse, ut generatio sit eiusmodi congregatio, qualem Nonnulli esse asserunt.

ANT.

Segregata autem & congregata leuiter corruptibilia sunt. Si enim in paruissimas aquas

aqua

aqua diuidatur, citius aer generatur: si autē cōgregetur tardius. magis autem hoc erit manifestum in sequentibus, nunc autem tantū determinatum sit, quoniā impossibile est generationē esse cōgregationē, qualē quidā inquiunt.

Segregatio & cōgregatio faciūt rē esse velocioris aut tardioris corruptionis.

Ostēdit quantum ad quid verificetur dictum Demo. Manifestum est enim ꝙ aliqua ex hoc ꝙ sunt congregata, vel segregata, reddūtur leuius vel difficilius corruptibilia vel mutabilia. si enim aqua diuidatur in puissimas partes, minus poterit resistere actioni contrarij agētis, et ita citius ex aqua generabitur aer: si vero congregabitur multum de aqua, magis resistet agenti: & sic tardius corrumpetur, vt exinde possit generari aer. et hoc manifestū erit in sequentibus. Vltimo autem epilogando dicit, nunc intantum esse determinatum ꝙ impossibile est generationem esse cōgregationem, qualē quidam inquiūt, scilicet ex corporibus indiuisibilibus.

LECTIO. VI.

Generatio simpliciter an sit: & quomodo ipsa ex ente vel non ente fieri contingat, obijciendo & soluendo inquirit.

VATAB.

His autem determinatis pertractatisque, primo contemplari oportet, utrum simpliciter quippiā, an proprie nihil generetur, corrumpaturue, semper autem ex quodā quidam fiat. ut ex ægro sanum, et ex sano ægrum, aut pusillum è magno, & magnum è pusillo, & reliqua omnia ad hunc modum. Nam, si generatio simpliciter sit, quippiam profecto è non ente simpliciter absoluteque fiet.

ANT. T.c.11. Qō an aliquid simplr generet aut corrūpat.

Determinatis autem his, primo videndū est, vtrum generatur aliquid simpliciter & corrumpitur, an proprie quidem nihil, semper autem ex aliquo est aliquid. dico autē puta ex laborante sanum, aut laborans ex sano, aut paruū ex magno, aut magnum ex paruo, & alia omnia fieri hoc modo. Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter quidem quid generabitur ex non ente.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & alteratione ſm opiniones aliorum, hic incipit inquirere de eis ſm opinionem propriā. Et primo inquirit, vtrū sit aliqua simplex generatio, ſm quam aliquid dicit simpliciter generari: Secundo de differentia alterationis ad simplicem generationem. ibi {De generatione autem & alteratione.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens ꝙ post determinationem prædictorum in consyderationem veritatis, primo occurrit videndum, vtrum aliquid generetur vel corrumpatur simpliciter vel proprie. Proprie quidem & simpliciter, siue principaliter nihil generatur vel corrumpitur, sed semp generatur aliquid ex aliquo & in aliquid: quod videtur pertinere ad generationem vel corruptione ſm quid. & inducit exemplum, puta cū ex laborante fit sanum: non enim fit sanum simpliciter, quia & prius erat, sed fit aliquid, idest sanum, cum prius non esset sanum, sed laborans, idest infirmum. Et eadem ratio est cum fit aliquid laborans ex sano, vel paruum ex magno, aut è conuerso: & sic de omnibus alijs, quæ hoc modo dicuntur. huiusmodi enim generatio inuenitur in omni genere mobilium. Secundo ibi. {Si enim simpliciter.} exequitur propositum. Et primo proponit dubitationem, Secundo soluit eam. ibi. {De his quidem.} Tertio obijcit contra solutionem. ibi. {Quod autem ex his determinatis.} Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, Secundo excludit quandam respōsionem. ibi {Simpliciter autem.} Circa primum tria facit. Primo proponit quā-

Lec. 23.

A dam consequentiam dicens, ꝙ, si fit aliqua generatio simpliciter, sequitur ꝙ aliquid generabitur ex simpliciter nō ente. Secundo cum dicit.

VATVB.

Quare uerum erit dicere, quibusdam non ens competere. quippe cum generatio quædam è quodam nō ente, ceu è non albo uel non bono fiat. at simplex generatio è non ente simpliciter fit.

ANT.

Quapropter verum erit dicere ꝙ existit quibusdam non ens. Quędam enim generatio est ex non ente aliquo, puta vt ex non albo albū, aut ex non bono bonum. simpliciter autem ex simpliciter non ente.

Ostendit consequens esse impossibile. Illud enim, ex quo aliquid generatur, pōt dici illud: sicut, qa ex ligno generatur archa, potest dici ꝙ lignum est archa. si ergo ex B non ente simpliciter generatur ens, verum erit dicere ꝙ non ens existit, i. est ens: quod est contradictoria esse simul vera. sic ergo videtur & antecedens impossibile, s. ꝙ aliquid generetur simpliciter ex non ente. Sequitur autem hoc inconueniens, si dicatur ex non ente simpliciter fieri aliquid: sicut ex subiecto non permanēti, non autem sequitur, si ponatur ex non ente fieri aliquid simpliciter ordine tantum, i. post non ens fit ens. sed Aristote. hoc disputatiue obijcit. Tertio ibi. {Quædam enim generatio.} Ostendit necessitatem primæ consequentiæ. sicut enim se habet generatio quędam ad nō ens aliquod, sic se habet generatio simpliciter ad non ens simpliciter: sed generatio quædam, i. secūdum quam aliquid dicitur ſm quid generari, est ex non ente quodam. puta ex non albo, cum fit aliquid album, aut ex non bono, cùm fit aliquid bonum: ergo simpliciter generatio, ſm quam aliquid generari simpliciter dicitur, erit simpliciter ex non C ente. Deinde cum dicit.

Notādum cōsequētiā Ari. nō valere si ex ordine tm̄ fit ens ex non ente.

VATAB.

Porro simpliciter absoluteq; non ens, aut id quod ex omnibus entis prædicamentis primum est, aut quod est uniuersale, & cuncta ambit, continetque, significat. Igitur si primum, è nō substantia erit substantiæ generatio. At cui substantia non competit, nec ei cæterorum prædicamentorum ullum, ueluti qualitatem, quantitatem, aut ubi, competere posse palā est. nam alioqui, affectus ipsi à substantia separari possent. Quod si ita res habeat, omnino ipsum non ens, uniuersaliter omnium erit abnegatio. quare id quod generatur, ex nibilo gignatur erit necesse.

ANT.

Simpliciter autem non ens, aut primum significat secundum vnumquodq; prędicamen D torum entis, aut vniuersale est, & omnia comprehendens. Siquidem primum, substantię generatio erit ex non substantia. Cum enim non existit substantia, manifestum est quoniam neque hoc, neq; aliorum vllum p̄dicamētorum, puta neq; quale, neq; quantum, neq; vbi: separatæ enim essent per se passiones à substantijs. Si autem nō ens vniuersaliter, negatio vniuersaliter erit omnium: quapropter ex mihi necesse est generari generatum.

Excludit quandam solutionem, quæ possit dici distinguendo ens simpliciter. Vnde primo ponit ipsam distinctionem dicens ꝙ simpliciter ens potest intelligi dupliciter. Primo modo vt significat id, quod est primum inter omnia prædicamenta entis, prout simpliciter ens dicitur substantia. Alio modo ſm ꝙ ipsum simpliciter ens dicitur

Ens significat aliqn̄ qd dā cōe oībꝰ p̄dicamentis, aliqn̄ autem primū p̄dicamētorū, s. substā, ita e cōtrario nihil siue nō ens.

tur

tur vniuersale, quod omnia prædicamenta comprehendit. & hoc modo simpliciter nõ ens potest dici vel quod non est substantia, vel quod nullo modo est ens. Secũdo ibi. {Si quidem primum.} Ostendit ꝙ ſm vtrunque sensum sequitur inconueniens. si enim simpliciter dicatur primum ens, quod est substantia: ergo & simpliciter non ens dicetur non substantia. si ergo simpliciter hoc generatio requirit ꝙ fit simpliciter entis ex simpliciter non ente, sequeretur ꝙ fit substantia ex non substantia. sed, quando ponitur non esse substãtiam, neq; hoc, quod est demonstratiuum indiuisibilis substantię, manifestum est ꝙ nullum aliorum prædicamentorum remanebit, i. neque quale, neq; quãtum, neq; vbi: quia sequeretur ꝙ passiones, i. accidentia separarent ur ab his: quod est impossibile. Si autem dicatur ꝙ id, ex quo aliquid generatur simpliciter, dicitur ens cõe: sequeretur ꝙ per hoc quod dicitur non ens, intelligatur vniuersaliter negatio omnium entium. vnde sequeretur quod generatur simpliciter generaretur penitus ex nõ ente: quod est contra sententias omnium Philosophorum naturalium, qui, s. de generatione naturali locuti sunt. Deinde cum dicit.

Per se passiones a substantia separari est impossibile.

VATAB. *Sed de hisce in alijs libris latius addubitatum, simul atque definitum fuit. uerum compendiose in præsentia quoque dicamus oportet, è non ente simpliciter aliquo modo fieri generationem, & alio, ex ente semper. nanque ens potẽtia, sed actu non ens, præexistat est necesse. quod sane, ut patet, utroque dicitur modo.*

ANT. Generatio simplr ex non ente in actu, ex ente aũt in potentia. idẽ primo Phyſi. t. c. 78. & 79.

De his quidem & in alijs dictum est, & determinatum sermonibus amplius. Breuiter autem & nunc dicendum, quoniam modo quidem aliquo ex nõ ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper. potestate enim est ens, actu autem non ens, necesse est quod dicitur præexistere vtroque modo.

Soluit prędictam dubitationem: & dicit, ꝙ de ista materia etiam in alijs libris, s. in Libro Physi. amplius, i. diffusius. & dubitationes positæ sunt & determinationes. & ideo nunc breuius est dicendum, ꝙ simpliciter generatur aliquid ex non ente quodammodo & ex ente. oportet enim quod præexistit generationi esse potentia ens, non autem actu ens. Et ita verum est, quod dicitur vtroque modo, s. ꝙ generatio simpliciter fit ex ente, & ex nõ ente. Deinde cum dicit.

VATAB. *Determinatis autem hisce, id rursum exacte disquiramus oportet, quod miram habet ambiguitatem, quonam inquam pacto generatio simplex sit siue ex ente potentia, siue etiam alio quouis modo fiat.*

ANT. T. c. 12. Quod autem ex his determinatis habet mirabilem quęstionem, rursus tẽtandum, qũo est substantiæ simplex generatio, siue ex potestate ente, siue alio quopiam modo.

Obijcit contra prædictam solutionem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem, Secundo huius occasione introducit aliam quæstionem, & soluit eam. ibi {De his autem quantum.} Tertio soluit dubitationem rædict am. ibi {Propter quid.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio: & dicit, quòd, quia etiam post prædictam determinationem, insurgit adhuc mirabilis dubitatio, rursus oportet tẽtare quomodo simpliciter generatio fit, siue ex ente in potentia, siue qualiter fit alio modo. Secundo ibi.

T. c. 13. T. c. 18.

VATAB. *Dubitauerit nanque quispiam, utrum substantiæ ac rei huiusce, sed non qualitatis, quantitatis, aut ubi, generatio fit. eodem modo & de corruptione.*

E Quæret enim quis, an est substantię generatio, & huius, sed non quãti, & qualis, & vbi. eodem vtiq; modo & de corruptione quæritur. ANT.

Mouet quãdam quæstionem, vtrum, s. generatio simplex sit tantum substantiæ, & huius, i. indiuidui in genere substantiæ, non autem sit quãti, neq; qualis, neq; vbi, & aliorum prædicamẽtorũ, quæ nõ sunt simpliciter entia. & eadem quęstio potest fieri de corruptione. Et hoc est supponẽdum pro certo, quod generatio & corruptio simplex sit solius substantiæ. Tertio ibi.

Qõ an tũ substantia generetur.

Notãdum,

Nam si quid oriatur, quandam potentia, non actu, substantiam esse, dilucidum est, ex qua fiat generatio, & in quam id mutari necesse sit, quod corruptionem subit. Vtrum igitur ex cæteris quæ actu sunt, quippiam huic competet? utrum, inquam, id, quod potẽtia dũtaxat hoc aliquid atque ens est, simpliciter autem neque hoc aliquid, neque ens, quantitas erit, aut qualitas, aut ubi? nã si actu nihil sit, sed omnia potentia, eueniet & id quod ita est, non ens esse separabile, & insuper (id quod semper maxime sunt ueriti, qui Primi in Philosophia uersati sunt) nihilo præexistente quippiam gigni. Quod si uerum non sit, hoc quidem substantiam & hoc aliquid esse, sed è cæteris prædicamentis aliquid continget (ut iam diximus) affectus ipsos à substantijs posse separari. VATAB. F

Si enim quid generabitur, manifestum est ꝙ erit substãtia aliqua potestate, actu autem nõ, ex qua generatio erit, & in quã necesse est, trãsmutari quod corrumpitur. Vtrum quidem igitur existit quid aliorum actu? dico autem, puta aut erit quantum, aut quale, aut vbi, aut vero potestate ens, & hoc ens: simpliciter autem neque ens, neque hoc ens. Si enim nihil, sed omnia potestate: & separatum, contingit ꝙ sit non ens. Et amplius quod maxime timentes erant primi philosophantes, ex nullo generari præexistente. Si autem hoc quidem esset hoc aliquid & substantia non existit, aliorum autẽ prędicamentorum quid erunt, quemadmodum diximus, separatę passiones à substantijs. ANT. G

Prosequitur dubitationem: & dicit, ꝙ, si non generatur simpliciter nisi quid, idest existens in genere substantię: & id, ex quo generatur aliquid, est potentia ens, sicut dictum est, & non actu: sequitur, ꝙ id, ex quo generatur substantia, & in quod transmutatur, quando corrumpitur, sit substantia in potentia, non autem actu. Restat ergo quærendum, vtrum sit in actu aliquod aliud prædicamentorum, puta quantum, vel quale, aut vbi, quodcunque aliud prædicamentorum, cùm tamen sit in potentia ens hoc, idest substantia, quæ est ens simpliciter: ita tamẽ ꝙ non sit simpliciter, idest in actu, neq; hoc, i. neq; substantia, neq; ens. Quæcunq; autem pars dubitationis detur sequitur incõueniens. Si enim nihil aliorũ est in actu, sed sunt in potentia omnia genera prædicamentorum: sequitur primo, ꝙ non ens sit separatum, idest ꝙ materia, quæ est in potentia, subiecta sit priuationi, quæ est non ens absq; omni forma. Secundo sequitur id quod maxime timuerunt Primi philosophi, ꝙ aliquid generetur ex nullo præexistente. Quod enim non est ens actu, nihil est. Si vero ponatur ꝙ id ex quo generatur substantia nõ sit hoc aliquid, i. indiuiduum in genere substantię, neque sit substantia in actu, sed sit in actu aliquod aliorum prædicamentorum, sequitur incõueniens, quod prius induximus, ꝙ, s. passiones & accidentia separentur à substantijs: quod est manifeste impossibile. sic igitur videtur ꝙ non possit esse generatio simpliciter hoc modo: ꝙ substãtia generetur ex non ente actu, ente autem in potentia, vt prædicta solutio dicebat. Primo Physico. t. c. 31.

A tiones Arist. circa perpetuitatem mundi, manifestauimus in Octauo Physico. Secundo exponit introductã quęstionẽ, & dicit, ꝙ causa perpetuitatis generationis, vna quidem accipi potest, quæ dicit vnde est principiũ motus, i. causa mouens vel efficiens: alia causa potest accipi, quę est materia: & talis nunc assignanda est, s. materialis: de causa enim mouente dictum est prius in sermonibus de Motu. i. in Octauo Physi. ibi enim dictum est ꝙ est quoddam mouẽs immobile p omne tempus, s. motor cœli: aliud est mouens, quod semper mouetur, s. cœlum. de vno aũt horum, s. de mouente primo, determinare pertinet ad aliam partem Philosophiæ, quæ est prima inter alias. vnde in. 12. Meta. determinapit Philosophus de causa perpetuitatis motus & generationis. & de alio mouente, s. quod causat perpetuã generationẽ pp hoc ꝙ ipsum cõtinue mouet, postea in fine huius libri assignanda est, ꝙ talis sit causa singularium dictorum, i. perpetuitatis generationis simpliciter, & ſm quid. Sed nunc oportet assignare causam, propter quam generatio & corruptio in sempiternum non deserant naturam rerum. cãm dico positam in materiæ specie, i. materialem cãm. Et ne videatur hoc esse præter propositum, subiungit ꝙ forte simul manifestabit quõ oporteat dicere circa hanc quæstionẽ, & quomodo oporteat dicere de generatione simpliciter & corruptione. Deinde cum dicit. T. c. 4. Ex mouẽte & materia põt accipi perpetuitatis motus. T. c. 37. T. c. 34.

Inuebit autem & id quodq; magnum abunde dubium, quænam causa sit ut generatio generationi semper cohæreat, & alteram altera subinde sequatur, si quidem quod corruptionem subit ad id proficiscitur quod nequaquam in ratione rerum existit. quod autem in ratione rerum minime existit, nihil est. Nam quod haud est, neq; substantia est, neque qualitas, neque quantitas neq; ubi. Igitur, si semper quippiam eorum, quæ sunt, in ratione rerum abeat, cur non dudum uniuersum ipsum consumptum fuit atque inane euasit, cum id ex quo fit genitorum quodque finitum sit? VATVB. B

Habet aũt dubitationẽ sufficientẽ, & q̃ cã est ꝙ complicat generatio, si quod corrumpitur ad non ens secedit, non ens autem nihil est. neque enim illud quod est, neque quale, neque quantum, neq; vbi, quod nõ ens. Si igitur semper quod ens secedit, quare non consumptum est olim & inane omne, si finitum erat ex quo fit generatorum vnumquodq? ANT. T. c. 16.

Prosequitur quæstionem introductam. Et primo obijcit ad excludendum perpetuitatem generationis, Secundo excludit quasdam responsiones. ibi. {Non enim vtique.} Dicit ergo primo, ꝙ videtur habere dubitationẽ sufficienter mouentẽ, q̃ est cã quare generatio cõplicatur & resoluitur sempiterne circa rerũ naturã, si id quod corrumpit simplr cedit in non ens. Sicut enim qd̃ generatur simplr fit ex nõ ente simplr, ita ꝙ corrumpit simplr, videtur, ꝙ in nõ ens simplr cadat: ita ꝙ hoc non ens omnino nihil sit. neq; n. põt esse quid, i. substãtia: quia, cum corruptio sit substantiæ simplr, oportet ꝙ corruptum simpliciter cadat in non substantiã, & p consequẽs in nõ ens, in qd̃ terminatur corruptio. oportet aũt ꝙ id neq; sit quale, neq; quantũ, neq; vbi, neq; aliqd̃ aliorũ pdicamẽtorũ, eò ꝙ accñtia nõ pñt esse sine substãtia. Si ergo generatio et corruptio sint sempiterna, videt ꝙ sp aliqd̃ entiũ cadat in nõ ens, & ita sp subtrahitur aliquid habentiũ naturã. Manifestũ est aũt ꝙ oẽ finitum cõsumit, si semper ab eo fiat ablatio. si ergo totũ vniuersum ẽ finitũ, ex quo generatur vnũquodq; entium? Si ergo generatio ab æterno fuit, olim debuit esse cõsumptũ totũ ens: ita ꝙ iã non relinqueretur nisi inane, i. vacuũ. Deinde cum dicit. T. c. 18. T. c. 16. T. c. 17. T. c. 18. D

Non

VATAB. *Non enim propterea ꝙ id ex quo quid sit infinitũ sit, nõ deficit, id enim esse nequit. nihil enim actu infinitum est, sed potentia tantum, nempe diuisione ipsa. Quare hanc solam causam esse oportebat cur nunquam deficiat, quia semper quippiam fiat minus: nunc autem hoc fieri minime cernimus.*

ANT. Non enim vtique ꝑtopter infinitum esse ex quo generatur non deficit. hoc enim impossibile est. non enim est actu infinitum, potestate autem est, vt in diuisione. Quapropter oportet hãc esse solum causam non deficiendi, quoniam generatur quidem semper minus: nunc autem videmus hoc minime.

Antiqui attribuentes principijs infinitum.

Excludit duas obuiationes. Quarum prima fuit Antiquorum naturalium, qui, vt possent causare perpetuitatem generationis, attribuerunt infinitum principijs. Nã omnes, qui posuerunt vnum principium, vel ignem, vel aerem, vel aquam, vel aliquod medium, dixerunt id principium esse infinitum. Demo. autem ponit spatium vacuum infinitum, & corpora etiam indiuisibilia infinita. similiter autem Anaxa. ponit infinitas partes consimiles esse principia. Omnia ergo hæc excludit Philosophus dicens, ꝙ non potest dici ꝙ ideo generatio non deficit, quia infinitum est id ex quo generantur, siue sit vnum, siue multa principia, hoc enim est impossibile: quia vt ꝓbatur in Tertio Physicorum, & in Primo, nihil est actu infinitum in natura. (T.c.37. T.c.35.) Secũdam obuiationem ponit & excludit. ibi{ Potestate autem. } Posset enim aliquis dicere, ꝙ quamuis non sit aliquid infinitum in actu, est tamen in potentia, sicut patet in diuisionem continui. Et ita posset aliquis dicere, ꝙ sicut à continuo, quamuis nõ sit infinitum actu, in infinitum aliquid per diuisionẽ subtrahitur, & tamen non totum consumitur: ita in corpore naturali, ex quo omnia generantur, quamuis non sit infinitum, semper abstrahitur aliquid per corruptionẽ, qđ cedit in non ens, nunquam tamen totaliter consumitur. Sed hoc excluditur. quia, si à continuo finito, vt dicitur in Tertio Physicorum, (T.c.59.) semper abstrahitur eadem quantitas, quantuncunq; sit magnum, tandem consumetur. puta, si à diametro cœli semper quis abstrahat palmum. sed in infinitum continuum diuiditur, si semper fiat abstractio ẜm eandem proportionem. puta si continuũ diuidatur per medium, & medium per medium, & sic in infinitum. & eadem ratio est de quacunq; alia proportione. Sic autem diuisione facta manifestum est, ꝙ id, quod post medium accipitur, semper erit minus eo, quod prius accipiebatur: nam dimidiũ dimidij minus est q̃ dimidiũ totius. vnde Aristo. cõcludit ꝙ, si hac ratione generatio & corruptio in infinitum duraret, ratione ꝙ continuum in infinitum diuiditur, oportebit ꝙ id, quod postea generatur, semper sit minus in quãtitate, vt sic semper minor existat id quod abstrahitur à corpore. hoc autem non videmus ita accidere, ꝙ semper sit minus quod generatur, nunquam autem totaliter consumatur. hoc ergo, ꝙ generatio in infinitum duret & corruptio, non põt esse simile diuisioni magnitudinis in infinitũ. Deinde cũ dicit.

VATAB. *Ergo, propterea ꝙ interitus huius alterius est ortus, & contra, ortus huius alterius interitus, necessario accidit, ut mutatio irrequieta sit, & subsistere nequeat. Cur igitur generatio & corruptio similiter semper sit circa unũquodque eorum quæ sunt, hãc apud omnes causam satis esse putandum est.*

ANT. T.c.17. Corruptio vni⁹ est generatio alteri⁹ & è cõtra: ideo generatio est perpetua.

Quocirca, propter huius corruptionem alterius generationem esse, & huiusmodi generationem alterius esse corruptionem, inquietã E esse necesse est transmutationem. De generatione quidem & corruptione simpliciter, semper circa vnumquodq; entium, hanc existimãdum est esse sufficientem causam in omnibus.

Exclusis falsis solutionibus concludit veram solutionem, s. ꝙ ideo necesse est esse generationis transmutationem & corruptionis indeficientem vel inquietam, i. non cessantem: quia corruptio huius est generatio alterius, et è cõuerso. Nam generatio per se quidem est ex ente in potentia, i. ex materia, quæ est sicut subiectum rerum naturalium. accidit enim materiæ, ex qua aliquid generatur, ꝙ sit subiecta alteri formæ, ẜm quam est ens actu, & priuationi formæ inducendæ, ẜm quam est non ens actu. Et ideo Arist. dicit in Primo Physi. ex ente quidem actu ꝑ accidẽs, ex ente autem in potentia per se. Et similiter corrumpetur aliquid per se quidẽ in ens potentia: quod quidem subijcitur alteri formę, ẜm quam est ens actu: & F priuationi prioris formæ, ẜm quam est non ens actu. & ita non dicitur, ꝙ id quod corrumpitur secedat à tota rerũ natura: quia quamuis fiat non ens hoc, quod est corruptum, remanebit tamen ens aliquid aliud, quod est generatum: vnde non potest materia remanere quin sit subiecta alicui formæ: & inde est, ꝙ vno corrupto generatur aliud, & vno genito, aliud corrumpitur: & sic consyderatur quidem circulus in generatione & corruptione: rationem cuius habet aptitudinem ad perpetuitatem. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ existimandum est prædictam causam esse sufficientem de hoc, ꝙ generatio & corruptio simpliciter sit circa vnumquodq; entium in sempiternum. quod quidem oportet dicere supposita perpetuitate mundi & motus: quod tamen Fides catholica non supponit, vt alibi dictum est.

Quõ generatio est ex ente actu p accidens, & ex ente in potẽtia p se. T.c.66.

LECTIO. VI.

G Tres afferuntur modi, quibus aliqua generari simpliciter & secundum quid & corrumpi ab inuicem dicuntur

VATAB. Octauo Phy. t.c.44. & infra.

Sed quam ob rem alia simpliciter, alia non simpliciter oriri ac interire dicantur, rursum consyderemus oportet. siquidem idem est generatio huius & illius corruptio, atque huius corruptio & illius generatio. id enim, quandam postulat rationem. Dicimus enim, quippiam simpliciter nunc & non solum hocce corrumpi, atq; hæc generatio, generatio simpliciter. & hæc corruptio, corruptio simpliciter est. Fit autem & hocce quidem aliquid, non autem simpliciter. etenim eum qui discit, scientem fieri dicimus, non autem simpliciter fieri.

ANT. T.c.18.

Propter quid autem nũc hęc quidem simpliciter dicuntur generari & corrumpi, hęc autem non simpliciter, rursus scrutãdum. H si idem est generatio quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio huius, generatio autem huius. quęrit autem hoc aliquã rationem. Dicimus enim quoniã corrumpitur nunc simpliciter, & non solum hoc: hęc autem est generatio simpliciter, hęc autem est corruptio. hoc autem generatur quidem simpliciter, hoc autem generatur quidem non simpliciter: dicimus enim discentem fieri sciẽtem, generari autem simpliciter non.

Soluta dubitatione quam introduxerat de continuitate generationis, hic accedit ad soluendum quęstionem principaliter intentam. Et circa hoc duo facit. primo mouet quęstionem, Secundo soluit eam. ibi{ Quemadmodum enim determinauimus. } Dicit ergo primo, ꝙ ite-

rum

rum est perscrutandũ, quare quædã dicunt simpľr generari, & quędã corrũpi, quædã aũt nõ, sicut dictum est in determinatione præcedentis qõnis, ꝙ generatio huius est corruptio illius, & corruptio huius est generatio alterius. Videtur enim hoc requirere quãdam rõnẽ. nam ex quo adinuicem generantur & corrũpuntur, videt ꝙ eadẽ rõne sit simpľr generatio & corruptio vnius & alterius. Dicimus. n. in diuersis quę non ex inuicẽ generant, qm̃ aliqd corrumpit simpľr, & nõ solũ sic, i. ẜm qd: & ꝙ qdã est simpľr generatio seu corruptio, & ꝙ quædã generant ẜm quid, & nõ simpľr. sicut dicimus ꝙ illæ, qui addiscit, fit quidẽ sciens, qđ est fieri ẜm quid, nõ tñ fit simpľr: quia simpliciter erat etiã anteq̃ esset sciens. De vtroq; ergo consyderandũ est, s. quare in generatis ex inuicẽ, quędã dicuntur generari simpliciter, & quædam ẜm quid: et quare etiam hæc differentia contingat in his quæ nõ ex inuicem generantur. Deinde cum dicit.

VATAB. *Quia igitur quædã (id quod definiẽdo sæpe diximus) hoc aliquid significant, quædam non, hac sanè de causa quod in quæstione uersatur euenit. Refert enim haud parum, in quod mutetur id quod mutationem subit: uerbi causa, quæ ad ignem fit transitio, ea forsitan generatio simplex est, & alicuius, ceu terræ corruptio. At terræ generatio, generatio quædam est, cæterum generatio simpliciter non est, sed corruptio simpliciter, puta ignis. sicuti Parmenides asserit, qui duo, ens, inquam, & non ens, ignem & terram esse dicit. Verum hæc, an alia eiusmodi supponantur, interest nihil: quandoquidem, modum quærimus, non subiectum. Quæ igitur ad non ens simpliciter fit migratio, corruptio simplex est. quæ uero ad ens simpliciter, simplex generatio. Quibus igitur illæ, siue igni & terra, siue quibusdam alijs definitæ sunt, horum profecto alterum ens, alterum nõ ens erit? Vno igitur modo simpliciter quippiam generari ac corrumpi, & nõ simpliciter, hoc inter se differunt.*

ANT. Quemadmodum. n. determinauimus multotiẽs dicẽtes, qm̃ hoc quidẽ significat' hoc aliquid, hoc aũt nõ, pp hoc cõtingit qđ quęritur. Differt enim in quod transmutatur transmutãs. puta forte quę in ignem via generatio simpliciter, corruptio autem alicuius est, puta terrę: terrę autem generatio aliqua generatio. generatio autem non simplex, corruptio aũt simplex, puta ignis. quemadmodum Parmenides dicit duo ipsum ens, & nõ ens esse inquiẽs, ignem, & terram. Hęc igitur aut talia alia supponere nihil differt. modum enim quærimus, sed non subiectum. In non ens igitur simpliciter via est corruptio simpliciter, in simpliciter autem ens est generatio simpliciter. Quibus igitur determinatum est, siue igni, siue terrę, siue aliquibus alijs, erit hoc quidem ens, hoc aũt nõ ens. Vno quidẽ igitur modo differt in hoc generari simpľr & corrumpi à nõ simpliciter.

De hoc fu... 4. phy. t.c.49.

Corruptio simpliciter generatio simpliciter

Soluit præmissam quæstionem. & primo in his quæ generantur adinuicem, secundo in his quæ non generantur adinuicem. ibi{ Dicuntur aũt hæc quidem } Circa primũ duo facit. primo soluit quæstionem, secundo epilogat. ibi{ Esse quidem igitur. Circa primũ ponit modos, ẜm quos contingit adinuicem generari: quõ, s. vnius generatio sit alterius corruptio simpliciter, et alterius ẜm quid. Circa quorum primum dicit, ꝙ sicut multotiẽs de- A terminatum est, quædam, quæ affirmatiuæ dicuntur, significant hoc aliquid, i. quoddam ens, quædam vero significant non ens. & ex hoc contingit id, de quo dicitur, ꝙ quædam dicuntur generari vel corrumpi simpliciter, quædam ẜm quid. differunt enim quantum ad hoc, qđ sit illud, in quod aliquid transmutatur per generationẽ & corruptionem, puta si dicamus secũdum opinionem Parmenidis ꝙ ignis sit ens, & terra non ens, transmutatio, quæ est via in ignem, puta si ex terra generetur ignis, diceretur generatio simpliciter, quia est via in ens: corruptio non simpliciter, sed alicuius, s. terrę, quæ nõ est ens: è contra autem generatio terræ erit generatio aliqua, nõ autem generatio simplex: quia est generatio nõ entis, sed est corruptio simplex: qa est corruptio entis, s. ignis. Sic enim Parmenides dixit duo esse principia rerum, s. ens et non ens: appellans ens ignem, & non ens terram. forte propter hoc ꝙ ignis inter alia elemẽta habet plus de forma, terra autem minus. B Hoc autem exemplum non procedit secundum sententiam Arist. qui existimauit vtrũque ens: & ideo subiungit ꝙ nihil differt ad propositum talia exempla, vel alia supponere. Quærimus enim inducendo exempla, modum, sed non subiectum, non curantes vtrũ, s. sic se habeat in his terminis vel quibuscunq; alijs. Et propter hoc etiam in libris Logicæ vtitur exemplis secundum opiniones aliorum Philosophorum, quæ non sunt inducenda, quasi sint verba Aristo. hoc igitur ex præmissis est accipiendum ꝙ corruptio simplex est quæ est via in simpliciter non ens: generatio simpliciter quæ est via in simpliciter ens. determinetur ergo quod dictum est de generatione & corruptione simpliciter, vel secundum quid, siue in igne & terra, siue in quibuslibet alijs terminis: dummodo ita se habeant ꝙ vnum sit ens & aliud non ens. sicut dicamus viuum & mortuum, vel aliquid aliud huiusmodi. Concludit igitur quòd vno modo differt simplicitur generari & corrumpi & non C simpliciter, sicut dictum est. Sed videtur quòd hæc differentia non sit conueniens. via enim, quæ est in simpliciter nõ ens, quam dicit esse corruptionem simpliciter, nõ potest ĩtelligi in id quod est omnino nihil: quia omnis naturalis corruptio fit per resolutionem in aliquam materiam. Similiter etiam non potest intelligi non ens simpliciter ꝙ sit priuatio pura sine forma: quia materia nunq̃ denudatur ab omni forma, ita ꝙ sit sola sub priuatione. ergo oportet ꝙ per non ens, in quod tẽdit corruptio simplex, intelligatur priuatio, quæ est adiuncta alicui formæ: cuilibet autem formæ naturali in generabilibus & corruptibilibus adiungitur priuatio: non ergo dicetur magis vnum generari & corrũpi simpliciter, in his quæ adinuicem generantur & corrumpuntur q̃ aliud. Dicendum est ergo ꝙ nõ ens simpliciter intelligitur hic materia cum priuatione adiuncta alicui formæ. Sed duplex est forma. vna quidem perfecta, quę complet speciem alicuius rei naturalis, sicut forma ignis, vel aquę, aut hominis, D aut plantæ. alia est forma incompleta, quæ neq; perficit aliquam speciem naturalẽ, neque est finis intentionis naturę, sed se habet in via generationis vel corruptionis. Manifestum est enim in generatione compositorum, puta animalis, ꝙ inter primũ principium generationis, qđ est in semine, & vltimam formam animalis completam, sunt multæ generationes mediæ, vt Auicen. dicit in sua sufficiẽtia: quę necesserio terminant ad aliquas formas: quarũ nulla facit ens completũ secundũ speciem, sed ens incompletum quod est via ad speciem aliquam. Similiter aũt etiam ex parte corruptionis, sunt multæ formæ mediæ, quæ sunt formæ mediæ incompletæ. non enim separata anima corpus animalis statim resoluitur in elemẽta, sed hoc fit per multas corruptiones medias, succedentibus sibi in materia multis formis imperfectis: sicut est forma corporis mortui, & postmodum putrefacti, & sic tandẽ fit vltimũ cõplementum successiue. Quãdo igitur

Duo principia reꝝ ens & nõ ens secundũ Parmenidem.

Exẽpla quõ sumantur.

Dubium.

Solutio.

Nõ ens simpliciter qd.

Duplex est forma.

Sepata aĩa non statim fit resolutio in elemẽta

Dictorũ resolutio.

per corruptionem peruenitur in priuationem cui adiungitur talis forma in materia, est corruptio simpliciter. Quando autem ex priuatione, cui adiungitur forma imperfecta, quæ erat via generationis, peruenitur ad formā completam, est generatio simplex. Deinde cum dicit.

VATAB.

Altero, materiæ qualitate conditionè ue. Cuius enim differentiæ potius hoc aliquid significant, ea magis substantia est, contra, cuius differentiæ priuationem magis significant, ea magis non ens est. Vt calor, prædicamētum quoddam & species est, frigiditas, priuatio. his autem differentijs, ignis & terra differunt.

ANT.

Ista generatio dr̄ generatio dulcis & tristis. 5. phy. t. c. 58

Alio autem modo, materia differunt, qualiscūq; ea sit. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid significant, magis substantia: cuius autem priuationem, non ens. Puta calidum prędicamentum aliquod & species, frigiditas autem priuatio: differunt enim ignis & terra his differentijs.

Scd̄s mod⁹ quo dr̄ generatio & corruptio.

Ponit secūdū modum: & dicit, ꝙ alio modo erit quędam generatio & non simpliciter qualiscunque materia erit, idest si habeat aliquam naturam id in quod est corruptio, dūmodo habeat aliquem defectum. Illud enim, cuius differentiæ magis significāt hoc aliquid, magis est substantia: illud autem, cuius differentię magis significāt priuationem, magis est non ens. Sicut calidum est quoddam prædicamentum, idest quoddam affirmatum sine priuatione, et est species, idest forma, frigiditas autem est priuatio: his autem differentijs differunt terra & ignis. Si aūt terra est naturaliter frigida, ignis naturaliter est calidus: & ideo ignis est magis substantia, terra autem magis accedit ad non ens. Primo autem oportet consyderare quomodo hic dicatur quòd frigiditas sit priuatio, cum frigidum & calidum contrarie opponantur: contrariorum autem vtrorumq; est natura aliqua: alioquin nō essent in eodem genere. nam priuatio & non ens non est in genere. Dicendum autem est quòd, sicut ostensum est in Decimo Metaphysi. oppositio priuationis & habitus est principium oppositionis contrariorum: & ideo semper aliud contrariorum est cum defectu & priuatione quadam respectu alterius. Dicitur ergo frigidum priuatio, non quia sit priuatio pura, sicut cęcum & nudum, sed quia est qualitas deficiens respectu calidi. Vnde in hoc differt iste modus secundus à primo. nam primus modus accipiebatur secundum differentiam entis & nō entis simpliciter, hic autem accipitur secundum differentiam entis perfecti & imperfecti. Secundo oportet cōsyderare, quomodo hic dicatur ꝙ terra & ignis differāt his differentijs, scilicet calido & frigido. oportet enim hoc intelligi de differentijs substantialibus: alioquin nō pertinerent ad generationem & corruptionem, sed magis ad alterationem: principia autem differentiarum substantialium, quæ sunt constitutiuæ specierum, oportet esse formas substantiales, quæ sunt specificę. secūdum hoc ergo sequitur quòd calor, frigus sint formæ substantiales ignis & terræ: quod est omnino impossibile. Primo quidem, quia non est possibile quòd idem sit in vno accidens, & in alio forma substantialis, nisi æquiuoce diceretur. calidum autē & frigidū in alijs corporibus sunt accidentia, de quibus tamen vniuoce dicuntur cum elementis: ex quorum mistione in eis huiusmodi qualitates inueniuntur, non ergo potest esse quòd calidum & frigidum in elementis sint formæ substantiales. Secundo, quia nulla forma substantialis est sensu perceptibilis, sed solum intellectu, cuius obiectum est quod quid est, vt dicitur in Tertio de Anima. formæ autem, quæ sunt sensu perceptibiles, sunt qualitates speciei: quæ ob id dicuntur passibiles, quia sensibus inferunt passiones: vt di-

Primū dubiū, quō frigiditas dicat priuatio

T. c. 15.

In quo differāt prim⁹ & secundus modus.

Scd̄m dubium, quō terra & ignis differant calido & frigido.

Qd̄ calor & frigus non sint formæ substātiales Qd̄ in vno ē accn̄s nō pōt in alio eē substātia

Forā substātialis nō pcipit sensu.

E citur in præsenti. Cum igitur calidum ignis & frigidum terræ vel aquæ sint sensu perceptibilia, non possunt esse formæ substantiales. Dicendum est ergo quòd sicut habetur ex Octauo Metaphysi. differentiæ substantiales, quia sunt ignotæ, per differentias accidentales manifestantur: & ideo multoties vtimur differentijs accidentalibus loco substantialium. & hoc modo Philosophus hic dicit calidum & frigidum esse formas substantiales ignis & terræ. calidū enim et frigidum, cum sint proprię passiones horum corporum, sunt proprij effectus formarum substantialium eorundem. Et ideo sicut aliæ causæ intelligibiles innotescunt per effectus sensibiles: ita & pfectione calidi & imperfectione frigidi perpendimus ꝙ forma substantialis ignis est perfectior quàm forma substantialis terræ. omnes enim formæ substantiales differunt secūdum magis & minus perfectum. vnde in Octauo Metaphysi. dicitur. quòd species rerum sunt sicut numeri: quorum species variantur secundum additionem & subtractionem. F Potest etiam dubitari de hoc quod dicit, quòd cuius definitio magis significat hoc aliquid, magis est substantia: cùm tamen dicatur in prædicamentis quòd substantia non suscipit magis & minus. sed dicendum ꝙ per hoc non intendit significare intensionem & remissionem substantiæ in Prædicamento substantiæ, sed maiorem & minorem perfectionem in speciebus substantiæ secundum dictam formarum differentiam. Tertium modum ponit ibi.

Capite de qualitate.

T. c. 5.

Drīę substātiales p accidentales manifestāt.

Proprietates sunt, pprii effect⁹ formarum substātialiū

T. c. 10.

Tertiū dubiū, quō dicat quid eē magis substantia.

VATAB.

At plerisq; uidetur, illa potius sensibili & insensibili differre. nam cum ad sensibilem materiam mutatio fit, tum gigni quippiam aiūt, cum ad eam quæ sub sensum non cadit, corrumpi. Quando quidem, ens, et non ens sentiendo & non sentiēdo definiunt. quemadmodum quod scibile est, ens esse asserunt: quod sciri non solet, non ens: G quippe cum sensus ipse, scientiæ uim obtineat.

ANT. T. c. 19.

Videtur autem magis multis sensibili & nō sensibili differre. quādo enim in sensibilē trāsmutatur, & in materiā, generari inquiunt: quādo autem in non materiam, corrumpi. Ens enim & non ens in sentire & non sentire determinant. quemadmodum quidem scibile ens, ignotum autem non ens, sensus enim sciētię habet virtutem.

Circa hoc tria facit. Primo ponit tertium modum, secundum quem aliqui assignant differentiam generationis & corruptionis simplicis & secundum quid. Secundo ostendit huiusmodi falsitatem ibi { Quemadmodum igitur. } Tertio comparat hunc modum secundo. ibi { Contingit itaque. } Dicit ergo primo, quòd multis H videtur quòd simpliciter generatio, & secundum quid magis differunt per hoc quod est magis & minus sensibile, quàm secundum perfectionem & imperfectionem suarum differentiarum, sicut in secundo modo dicebatur. Dicunt enim quòd, quando aliquid transmutatur in materiā, quæ bene potest sentiri, tunc generatur aliquid simpliciter: puta quando aliquid transmutatur in terram vel in aquam. quando autem transmutatur aliquid in id, quod non est manifestum sensui, dicunt illud corrumpi simpliciter, puta in aerem. & horum ratio est, per hoc ꝙ determinabant aliquid ens et non ens ex hoc, ꝙ non sentitur vel sentitur: existimantes id quod solum sentitur esse ens. & hoc ideo, quia apud eos non differūt sensus ab intelligentia, sicut quidam posuerunt: vt dicitur in Libro de Anima: & ideo vtuntur sensu ac si haberet virtutem intellectiuæ scientiæ, quæ est capax aliqualiter omnium entium: vnde scibile ens est, ignotum autem non ens. Deinde cum dicit.

Tertius modus.

Ens tantum quo modo sentit secundum quosdā Philosophos.

Igitur

VATAB.

Igitur hi ut res ipsas uiuere quia sentiant aut sentire possint, ita easdem esse quia sub sensum cadant arbitrantur, ueritatē modo quodā sectantes, sed hoc falsi dicentes.

ANT.

Quemadmodum igitur illi in sentire & posse sentire viuere & esse existimāt, ita & res. In quo modo quodā prosequetur veritatē. Id autem dicentes, non verum.

Ostendit falsitatem hmōi sententię. nanq; tales, sicut existimabant animalia viuere & esse in hoc ꝙ actu sentiunt vel possunt sentire, ita existimabant res esse, in hoc ꝙ sentiuntur vel possunt sentiri: ac si sensus esset pfectio rei sensibilis, sicut est perfectio sentientis, & in hoc quodāmodo prosequebantur & destruebāt veritatem rerū. Nā, cùm verum dicatur aliquod ex eo qd̄ est: si esse rerū cōsisteret solum in sensibus, nulla veritas esset in rebus, sed in solo sentiente. hoc aūt non est verum: quia sic nulla veritas esset in rebus. vnde subtrahentes veritatem rerū dicunt non verum. Deinde cum dicit.

Qd esse rerū nō cōsistat solū in sensibus.

VATAB.

Itaque generari quippiam simpliciter atque corrumpi, iuxta opinionem alio atque ueritatem accidit modo. Nam spiritus & aer, sensu quidem, minus sunt. & proinde illa, quæ simpliciter corrumpuntur, mutatione ad illa tendente corrumpi dicunt, atque generari, cum in rem tangibilem, terramq; mutātur. Reuera uero, hoc aliquid & species magis sunt quàm ipsa terra.

ANT.

Contingit itaque. secundū opinionē & sm veritatem aliter & generari simpliciter & corrumpi. Spiritus quidem enim & aer sm quidē sensum minus sunt: ideo & quęcunque corrūpuntur simpliciter in huius trāsmutatione hęc corrumpi dicuntur, generari autem, quando in aliquid tangibile, vt in terram mutatur. secundum veritatem autem magis hoc aliquid & species hæc, quàm terra.

Comparat hunc modum secundo. & dicit, ꝙ aliter cōtingit generari simpliciter & corrumpi sm opinionem, quæ pertinet ad hunc tertium modum, & rei veritatem, quam tangit secundus modus. quia spiritus, i. aer & ventus minus sunt sm sensum, idest si iudicetur eē rei ex hoc ꝙ sentitur: & ideo quæcunque corrumpuntur dicuntur sm tertium modum corrumpi, & per transmutationem quæ non sentiuntur generari: aut simpliciter quādo trāsmutantur in aliquod tangibile, & palpabile, sicut quando mutantur in terram. Sed sm veritatem accidit contrarium: quia aer magis est hoc aliquid & species q̄ terra: & est perfectius ens. & ideo secūdū veritatem magis est generatio simpliciter si ex terra fiat aer, quàm è conuerso. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cur igitur sit aut non sit simplex generatio, quæ eadē alicuius corruptio est, & corruptio simplex, quæ itidem generatio alicuius est, causam diximus. Nam id, ob materiæ discrimen euenit, nempe, aut ꝙ ea substantia sit uel non sit, aut ꝙ hæc magis, illa minus. & non, quia materia ex qua mutatio uenit, & ad quam proficiscitur, alia magis, alia minus sensu percipi queat.

ANT. T. c. 20.

Esse quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionem entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius exn̄tē, dicta est causa. Propter materiā. n. differunt aut eò ꝙ substantia est, aut non, aut ꝙ hæc magis, hęc vero non, aut quòd hæc qui-

A dem magis sensibilis est materia ex qua & in quam est, hęc vero minus est.

Epilogat quæ dicta sunt. & dicit ꝙ dicta est, cā quare quædā est generatio simplex, cùm tamē sit corruptio alicuius: & quædam corruptio simplex, cùm sit generatio alicuius. hæc. n. differūt per materiam, idest per id in qd̄ aliquid transmutatur per generationem vel corruptionem: aut quia est substantia, idest ens, vel non, sicut dicebatur in primo modo: aut quia hoc magis, hoc vero minus. quia. s. vnum est perfectius ens q̄ aliud, quod pertinet ad secundum modum. aut quia materia ex qua & in quam aliquid transmutatur est magis vel minus sensibilis, quod pertinet ad tertium modum. Vocat autem hic materiam, nō puram, sed rem ex qua aliquid generatur, vel in quam corrumpitur.

Recapitulat tres modos prædictos.

LECTIO. VIIII.

B Generatio simpliciter & secundum quid in his quorum mutua non est generatio, quomodo sumenda: tres demum mouentur Quæstiones.

VATAB.

Dicūtur autem quædam simpliciter, quædam solum aliquid fieri, non ob mutuam generationem, sed iuxta eum quem nuper diximus modum. Nam hoc tātum nuper definitum determinatumq; fuit, cur nam, cùm omnis generatio sit alterius corruptio, & omnis corruptio cuiusspiam alius generatio, tam oriri quàm interire non similiter tribuamus hisce, quæ in sese uicissim mutari solent. At quod postremo loco fuit dictum, hoc idem minime in quæstionem reuocat, sed quam ob rem quod discit, non simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod uero nascitur fieri dicatur.

ANT.

C Dicuntur aūt hęc quidem simpliciter generari: hęc aūt aliquid solum nō ex abinuicem generatione, sed sm quē diximus nūc modum. Nunc quidem. n. tātum determinatū est, quare oī generatione existente corruptione alterius, & oī corruptione existente generatione alterius, non simpliciter attribuimus generari & corrumpi in adinuicem transmutabilibus. Quod autem postea dicetur non hoc quæret, sed quare discens quidem non dicitur simpliciter generari, sed generari sciens, quod autem nascitur generari.

Postquam ostendit quare quædam generantur simpliciter, & quædam secundum quid eorum quæ adinuicem generantur, Hic ostendit causam differentiæ generationis simpliciter & secundum quid, in his quæ nō ad- D inuicem generantur. Et Primo determinat quæstionem principaliter intētam, Secundo determinat quasdā quęstiones consequentes, ibi { Sed nunc quærere oportet. } Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo soluit eam. ibi { Hęc autem determinata sunt. } Tertio epilogat quæ dicta sunt. ibi { De generari quidem. } Dicit ergo primo ꝙ quædam dicuntur simpliciter generari, quædam autem solum secundum quid, nō sm generationem ex inuicem, vt supra dictum est, vt scilicet vnum eorum, quæ ex inuicem generātur, generetur simpliciter, aliud autem secundum quid (hoc enim est quod supra determinatum ē.) quare, cùm omnis generatio sit corruptio alterius, & oīs corruptio sit generatio alteri⁹: non solū simili modo attribuit generari & corrūpi in his quę adinuicem trāsmutantur, sed vnum eorū dicitur generari vel corrūpi simplr, aliud aūt sm qd. Quæstio aūt, quæ postmodū determinanda est, nō hic erit, sed in his q̄ nō ex inuicē trāsmutantur: quare vnum dicitur generari simpliciter

ri ſimpliciter & alterum ſm quid: puta quare diſcēs qui fit ſciens non dicitur ſimpliciter generari, ſed ſm quid. i. ſciens, homo autem vel animal quando naſcitur dicitur generari ſimpliciter. et tamen manifeſtum eſt quòd natū & ſciens non generantur ex inuicem. Deinde cū dicit.

VATAB.

Hæc autē, prædicamētis diſtincta ſunt. Nam alia ſubſtantiam, alia qualitatem, alia quantitatem ſignificant. Quæcunque igitur ſubſtantiam non ſignificant, ea non ſimpliciter, ſed quippiam fieri dicuntur. Verum enimuero, in omnibus generatio ſimpliciter iuxta ea quæ in altera ſunt ſerie dicitur. ut in ſubſtantia, ſi ignis fiat, ſed non ſi terra: & in qualitate, ſi ſcium, ſed non ſi inſciū.

ANT.

Quæ nō ſignificare ſbſtātiā dicūtur non generātur ſimpliciter.

Hæc autem diſtincta ſunt prædicamentis. nam hoc quidem hoc aliquid ſignificat, hoc autem quale, hoc autem quantum. Quęcunq; igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter generari, ſed ſm quid fieri. Sed tñ in oībus ſimpliciter generatio dicit̄ ſm ꝙ in alio ordine ſunt: puta in ſubſtantia quidem ſi ignis, ſed non ſi terra: in qualitate autem ſicut ſciens, ſed noo quandn neſciens.

Solutio.

Soluit quęſtionem nunc motam. & dicit, ꝙ illa, quorum quędam dicuntur generari ſimpliciter, quædam ſm quid, ſunt diſtincta ſm prædicamenta: ita ꝙ vnum eorum ſignificat hoc aliquid, i. ſubſtātiam: aliud autē quantitatē, aliud qualitatē, & ſic de alijs prædicamentis. Illa ergo, quæ non ſignificant ſubſtantiam, nō generātur ſimpliciter, ſed ſm quid: ſicut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliorum. Quæ vero ſignificant ſubſtantiam dicuntur generari ſimpl'r. cuius rō eſt, quia generatio eſt via de non eſſe ad eſſe, et id ſimpl'r generatur qđ acquirit eſſe, cui nō p̄ſupponitur aliud eſſe: nō. n. fit quod eſt. Vñ qđ iā eſt non pōt generari ſimpl'r, ſed ſm qd. Et ideo iſta, quorum eſſe p̄ſupponit aliud eſſe, non dicuntur generari ſimpl'r, ſed ſm quid. eſſe aūt accidētiū prȩſupponit aliud eſſe; ſ. eſſe ſubiecti: eſſe autē ſubſtantiæ non præſupponit aliud eſſe: quia ſubiectum formæ ſubſtātialis non eſt ens actu, ſed potentia: & ideo ex hoc ꝙ accipit formam accidentalem dicitur generari ſm quid. In oībus tñ ſubſtantijs & accidentibus diuerſificatur generari ſimpl'r & ſm quid, ſm diuerſum ordinem entis ad nō ens, vel perfecti ad imperfectum, aut ſenſibilis ad inſenſibile. vnde quodāmodo in ſubſtantia dicitur generatio ſimpl'r, ſi generetur ignis, nō aūt ſi generetur terra: & in qualitate dicitur generatio ſimpliciter ſi generetur ſciens, non autem ſi generetur neſciens. Deinde cum dicit.

Rō quā ſupplet. S. T.

VATAB.

Quòd igitur quædam ſimpliciter oriantur, quædam non, etiam omnino in ipſis ſubſtantijs, dictum eſt. & ꝙ ut generatio continue ſit, cauſa ut materia id qđ ſubijcitur, eſt: quia in contraria mutatiuum eſt. atque in ſubſtantijs ſemper unius generatio, alterius eſt corruptio: & unius corruptio generatio alterius.

ANT.

Cā cōtinuę gnationis eſt materia & ſubiectū

De generari quidē hoc ſimpliciter, hoc autem ſm quid, & vniuerſaliter dictum eſt in ſubſtantijs ipſis. Atque item ꝙ continuę generationis cauſa tanquam materia ſit ſemper ipſum ſubiectum, quoniam tranſmutatur in contraria: & eſt alterius generatio in ſubſtantijs alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

Epilogat quæ dicta ſunt. & dicit, ꝙ dictum eſt vniuerſaliter de accidentibus & in ſubſtantijs, de hoc ꝙ quædā E generātur ſimpliciter, & quædam ſm quid. Et etiā dictū eſt, ꝙ cā continuitatis generationis per modum materię eſt ſm ꝙ tranſmutatur in contraria. ex hoc. n. contingit qđ ſemper in ſubſtantijs, alterius generatio eſt alteriꝰ corruptio, & è conuerſo. nunq̄. n. materia eſt ſub priuatiōe vnius formę ſine alia forma. ī quibuſdā aūt accñtibꝰ hoc cōtingit. nā corpus diaphanū eſt ſub priuatiōe lucis abſque hoc ꝙ ſubſit formę cō trarię. Deinde cum dicit.

VATAB.

*At uero nec dubitaſſe conuenit, quam ob cauſam corruptis quibuſdam ſemper generatio fiat. Nam ut corrumpi ſimpliciter quippiam dicunt, cum illud ad inſenſibile & id quod haud eſt, proficiſcitur, ſic & ortum ſubire ex eo quod haud eſt, cum ex inſenſibili ſit. Siue igitur ſubiecto quopiā exiſtente, ſiue nō, ex eo fit quod haud eſt. Quare, ſimili modo & ex eo, quod haud eſt, genera*F*tur, & in id, quod haud eſt, corrumpitur. merito igitur, generatio non deficit. quippe cum generatio, corruptio ſit eius quod haud eſt, atque corruptio, generatio eius quod haud eſt. Sed quæret aliquis, utrum hoc ipſum quod ſimpliciter non eſt, è cōtrarijs ſit alterum, uerbi cauſa, utrum non ens ſit terra, & id quod graue eſt, ens uero ignis, & quod leue eſt, an non, ſed ens terra, non ens uero terræ materies atque ignis ſimiliter? Et utrum materies utriuſq; diuerſa ſit, an nec ex ſeſe mutuo fierent, nec ex contrarijs? (nam hiſce, igni, inquam, terræ, aquæ & aeri, contraria inſunt.) An, partim eſt eadem, partim diuerſa? quod enim aliquando cum ſit ſubijci ſolet, eſt idem: at ratio, non item eadem eſt. Sed de hiſce, hactenus.*

ANT. T.c.21.

Sed nunc quęrere oportet quare generatur aliquid ſemper ex corruptis alijs. Quemadmo G dum enim & corrūpi hoc ſimpliciter inquiūt, quando ad inſenſibile venit & non ens, ſimiliter generari ex non ente inquiunt, quando ex inſenſibili. Siue igit̄ ſubiectū aliquod ſubſit, ſiue non, generatur ex non ente. quare & ſimiliter generatur ex non ente, et corrumpitur in non ens. merito igitur nō deficit generatio. Generatio enim entis, corruptio eſt non entis: corruptio autē entis, generatio non entis. Sed hoc non ens ſimpliciter quęret aliquis, vtrum aliquod contrariorum eſt, puta terra & graue nō ens, ignis autem & leue ens, aut non, ſed eſt et terra ens, non ens autem materia terrę & ignis ſimiliter. Et an alia vtriuſque materia ſit, an H vero neque ex ſe, neque ex contrarijs (His. n. exiſtunt contraria, igni, terrę, aquę & aeri) An eſt quidem partim eadē, partim vero alia. Nā quod ſubijcitur, idem eſt, eſſe autem nō idem De his igitur intantum dictum eſt.

T.c.22. Quare generatio nō deficiat.

Cōtrarietates primo exiſtūt quatuor elemētis.

Determinat tres quæſtiones conſequentes. quarum prima eſt, quare ſemper generatur aliquid ex corruptis. qđ ſupponit, ī hoc ꝙ dixit, quare generatio vnius eſt corruptio alterius. Et ſoluit hanc quæſtionem dicens, quia corruptio tendit in non ens, & generatio eſt ex non ente: ideo oportet quòd generatio ſit ex corruptis. Et hoc ipſe probat etiam ex aliorum opinione. quia ſicut homines dicunt corrumpi aliquid, quando peruenit ad inſenſibile, quod putant ens non eſſe, ſecundum tertium modum ſupra poſitum: ſimiliter dicunt aliquid generari, quādo ex inſenſibili & non eſſe peruenit ad hoc ꝙ ſit ſenſibile.

Priā qō quære generatū ē ex corrupto.

ſenſibile. patet ergo ꝙ ſecundum hunc modum, id quod eſt terminus corruptionis, eſt principium generationis. Siue ergo ſit aliquod ſubiectum, ex quo eſt generatio, ſiue non, ſemper oportet ꝙ generatio eius ſit ex non ente, quod eſt terminus corruptionis: hoc enim eſt de ratione generationis, ꝙ ſit ex non ente: quòd autem illud nō ens adiungatur alteri exiſtenti accidit generationi. Quare patet ꝙ ſimul generatur aliquid ex non ente & corrūpitur in non ens, qualitercunq; dicatur non ens: ſic igitur idem eſt in quod terminatur corruptio, & ex quo eſt generatio: & propter hoc generatio eſt ex corruptis. Conueniē ter ergo non deficit ſucceſſio generationis & corruptionis, vt ſupra dictum eſt: quia generatio eſt quædam corruptio, ſ. non entis: & ita vnum eorum ſemper adiungitur alteri, cum tamen in id, ex quo vnum incipit, aliud terminetur. Secundam quæſtionem ponit. ibi {Sed hoc non ens.} Poteſt enim aliquis quærere, an id non ens, ex quo eſt generatio, & in quod terminatur corruptio ſimpliciter, quod quidem eſt quodammodo ens, ſit aliquorum contrariorum. puta ꝙ terra & graue ſit non ens, ſicut poſuit Parmenides: ignis autem & leue ſit ens. & ſoluit ꝙ non eſt ita, ſed terra eſt ens, quia, ſ. terra ſit per hoc quod materia recipit quandam formam, quæ facit eſſe in actu. non ens ergo eſt materia terræ & ignis. Non tamen materia eſt non ens per ſe, ſicut Plato poſuit, ſed non ens per accidens ratione priuationis cui adiungitur.

T.c. 17.

Secūda qō, an non ens ſit aliquoꝝ cōtrarioꝝ.

Materia dr̄ nō ens per accñs rōne priuationis adiunctæ.

Tertiam quæſtionem ponit ibi. {Et alia vtriuſque} Vtrū, ſcilicet iſtud nō ens, quod eſt materia, ſit aliud & aliud, quod eſt commune his, quæ adinuicem generantur. Et dicit ꝙ alia eſſet vtriuſque materia, ſcilicet ignis & terræ, ſi non generantur adinuicem: ſicut accidit his, qui poſuerunt & ignem & terrā primas materias. Oportet enim ea, quæ ex inuicem generantur, communicare in ſubiecto, quod ſuſcipiat formam vtriuſque: & per conſequens non fieret tranſmutatio ex contrarijs inuicem, ſicut ſupra dictum eſt: quia contrarietates exiſtunt primo & per ſe elementis prædictis, ſ. igni, terræ, & aquę, & aeri: vnde, ſi nihil tranſmuteretur ex igne in aquam vel aerem aut è conuerſo, nihil etiam tranſmutaretur ex calido in frigidum vel è conuerſo, vt ſupra dictum eſt. Subiungit tamen ꝙ materia eorum, quæ trāſmutantur adinuicem, aliqualiter eſt eadem, & aliqualiter alia: ſubiecto. n. eſt eadem. Et hoc eſt quod dicit ꝙ id, quod ſubijcitur eſt idem, qualitercunq; ſit ens: quia, ſcilicet nō eſt ens actu, ſed potentia. Non eſt autem idem ſecundum eſſe vel rationem. aliam enim rationem & aliud eſſe accipit prout eſt ſub diuerſis formis: & etiam ſecundum hoc ipſum quod ordinatur ad diuerſas formas. ſicut corpꝰ eſt aliud ratione ſm ꝙ eſt ægrotabile, & aliud ſm ꝙ ſanabile, licet ſit idem ſubiecto. Vltimo autem epilogando concludit ꝙ de his intantum dictum eſt.

Tertia qō, an materia ſit cōe his q̄ adinuicem generant. quoꝝ vna ē materia ſic generatur.

aliud eſſe, aliā rōnē habet materia prout ad diuerſas formas ordinatur.

LECTIO. X.

Generationis & corruptionis Natura: ex cuius notitia ipſarū à cęteris mutationibus Differentia deducitur.

VATAB.

De generatione autem atq; alteratione, quo inter ſe diſcrepent, agendum. nam haſce mutationes inter ſeſe diuerſas eſſe dicimus. Cum igitur ſubiectum quippiam ſit, & affectio atq; qualitas quæ de ſubiecto nata eſt dici ab eodem diuerſa ſit, ſitq; utriuſq; horum mutatio: alteratio ſane eſt quando ſenſibile ſubiectum permanens in ſuis mutatur affectibus: qui aut contrarij aut inter contrarios medij ſunt. ſicuti corpus idē permanens, uiciſſim modo ſanum, modo ægrum eſt. atq; æs, quamquam idem, alias teres atq; rotundum eſt, alias anguli ſpeciem præ ſe fert.

ANT. T.c.23.

DE generatione autē & alteratione dicamus quid differūt. dicimus. n. has tranſ A mutatiōes eſſe inter ſe diuerſas abinuicē. Quoniam igitur eſt aliud ſubiectum & aliud paſſio, quæ de ſubiecto innata eſt dici: et eſt tranſmutatio vtriuſque horum, Alteratio quidem eſt, quando manente ſubiecto ſenſibili exñte trāſmutatur in eius paſſionibus, aut contrarijs entibus, aut medijs. puta corpus ſanum eſt, & rurſus laborat manens idem, & metallum quandoque rotundum, quandoque angulare idē exiſtens.

De dr̄ia generationis & alterationis.

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quare eſt quædam generatio ſecundum quid, & quædam ſimpliciter, hic inquirit de differentia generationis & alterationis. & primo exponit ſuam intentionem dicens, ꝙ dicendum eſt de generatione & alteratione quomodo differant adinui B cem. & hoc ideo, quia ſuperius dictum fuit, quòd generatio & alteratio ſunt diuerſæ tranſmutationes adinuicē. Secundo ibi. {Quoniam igitur eſt aliud ſubiectum} Exequitur propoſitum ſuum: & primo dicit differentiā generationis & alterationis quantum ad id ſecundum quod vtrunque eſt tranſmutatio, Secundo quantum ad ſubiectum vtriuſque. ibi {Quandoquidem igitur} Circa primum duo facit. primo oſtendit in quibus ſit alteratio, ſecundo in quibus ſit generatio. ibi {Quando autem totum.} Circa primum duo ſupponit. quorum Primum eſt, quòd aliud eſt ſubiectum, & aliud paſſio, quæ nata eſt dici de ſubiecto, ſicut differunt ſubſtantia, & accidēs. Secundum eſt, quòd contingit ad vtrunque eorum eſſe tranſmutationem: nam quandoque fit tranſmutatio in ipſa ſubſtantia, quandoque autem in accidentibus. his ergo ſuppoſitis, ſubiūgit ꝙ alteratio eſt, qñ manet idem ſubiectū ſenſibile: ſcilicet qñ nulla trāſmutatione in eius ſubſtantia facta, fit tranſmutatio in paſſionibus eius, ſci C licet qualitatibus ipſius. Nec eſt differentia quantum ad hoc, vtrum fiat tranſmutatio ſecundum contraria extrema, vel ſecūdum media, puta vtrum de albo in nigrum, vel de rubeo in palidum. Et ponit duo exēpla. primum, ſcilicet cum corpus animalis idem manens prius eſt ſanum, & poſtea infirmatur. Secundum eſt, quando æs idem manens, quandoq; eſt rotundum, & quandoque angulare, vel angulos habens. Et eſt aduertendum ꝙ primum horum exemplorum pertinet ad primam ſpeciem qualitatis, ſecundum autem ad quartam. tamen Philoſophus in Quinto Phyſico. probat quòd in prima ſpecie qualitatis, & quarta non eſt alteratio, ſed ſolum in tertia: quæ dicitur paſſio vel paſſibilis qualitas. & propter hoc forte ſignanter dixit, quòd alteratio eſt tranſmutatio in paſſionibus. Sed dicendum eſt quòd primo & per ſe alteratio eſt in qualitatibus tertiæ ſpeciei, per accidens autem mediantibus aliquibus qualitatibus: & ex D conſequenti fit alteratio in alijs ſpeciebus, ſicut per aliquam alterationem calidi & frigidi mutatur homo de ſanitate in ægritudinem, & è conuerſo: et per alterationem mollis, & duri perducitur corpus ad aliquam figuram. Deinde cum dicit.

T.c.10.

T.c.24.

Qñ eſt alteratio.

a.l: metallū

Dubium.

T.c.17. & p̄mo Phy. T.c.15.

Solutio. Alteratio primo & per ſe eſt in tertia ſpē qualitatis, in alijs vero ſecundario.

VATAB.

At cum totum mutatur, nec ſenſibile quicquam ut ſubiectum, idem permanet, ſed perinde euenit ut cum ex toto ſemine ſanguis, aut ex tota aqua aer, aut ex aere toto aqua fit, iam quod eſt tale, generatio huius eſt & illius corruptio.

ANT.

Quando autem totum tranſmutatur non manente aliquo ſenſibili, vt ſubiecto eodē, ſed quaſi ex ſemine toto ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua, Generatio iam hoc tale, huius autem Corruptio.

Ostendit quando fit generatio. & circa hoc duo facit. primo assignat qñ est generatio, secũdo quãdo magis est generatio. ibi {Maxime autẽ generabitur.} Dicit ergo primo, ꝙ, quando est transmutatio non solũ ꝑm passiones, sed etiam ꝑm totam rei substantiam: inquantum, scilicet materia accipit aliam formam substantialem, ita, scilicet quod non maneat aliquod sensibile, quasi sit idem subiectum numero ens actu, puta quando ex toto semine generatur totus sanguis, aut ex toto aere generatur tota aqua, nulla segregatione aut congregatione interueniente, vt Democri. posuit, talis transmutatio est vniꝰ generatio, & alterius corruptio. Deinde cum dicit.

Qñ est generatio.

VATAB. *Et maxime, si ex insensibili ad id qd aut tactu, aut sensibꝰ uniuersis sensibile est, mutatio fiat, aut cõtra. ut cũ ex aere gignitur aqua, aut eadem in aerem corrumpitur. etenim aer propèmodum insensibilis est.*

ANT. T.c.24. Maxime autem generabitur, si transmutabitur ex insensibili in sensibile, aut tactu aut omnibus sensibus: puta quando aqua generatur ex aere, aut corrumpitur in aerem. aer enim mediocriter insensibilis est.

Maxime generatio. 1. c.19.

Ostendit quando maxime fit generatio. & dicit, ꝙ ꝑm tertium modum supradictum, qui accipitur secundum opinionem multorum, maxime dicitur aliquid generari, quando fit transmutatio ex aliquo, quod non potest bene sentiri, in aliud, quod est bene sensibile vel secundũ tactum, qui grossior est & materialior omnibus sensibꝰ; vnde vulgares secundum ipsum maxime vident aliquid esse sensibile inquantum est palpabile, aut etiam secũdũ alios sensus, sicut cum aqua generatur ex aere, videtur esse secundum hunc modũ generatio simpliciter: aut, quando corrumpitur in aerem, videtur esse corruptio simpliciter. Aer enim est modice sensibilis, tum propter suiraritatem, tum quia non excellit in potentia aliqua qualitas actiua, sed passiua, s. huiusmodi humidum. In igne autem, qui est maior aere, excellit qualitas actiua quæ est calidum. aqua autem est densior aere, & excellit in ea qualitas actiua, quæ est frigidum. terra autem est densissima omnium elementorum. Deinde cum dicit.

Aer modice sensibilis.

VATAB. *Cæterum in hisce si qua è contrarietate affectio eadẽ remaneat in eo quod ortum est, quæ prius in eo quod interijt erat, ceu si, cum ex aere fit aqua, aeris perspicuitas, aut frigus in aqua remaneat, affectionum alterutrã eius esse in quod mutatio fiat minime oportet. sin minus, erit alteratio. Verbi causa musicus homo corrumpitur, & homo non musicus gignitur, homo uero idem perseuerat. Si ergo musica, atq; musicæ uacuitas non esset affectio per se hominis, generatio profecto foret alterius, & alterius corruptio. Quapropter hæc hominis affectiones sunt, hominis uero musici hominisq; non musici, generatio atq; corruptio. Nunc autem id, eius quod permanet, affectus est. Proinde circa ea quæ eiusmodi sunt, alteratio existit.*

ANT. In his autem si aliqua passio manet eadẽ contrarietatis in generato & corrupto, puta quando ex aere aqua, si ambo diaphana, aut frigida, non oportet huiusmodi passionem, sed alteram esse in quam transmutatur. si autem nõ, erit alteratio. V. g. musicus homo corruptus est, homo autem immusicus generatus est: homo autem manet id idem. Si igitur huius non passio esset, sed ꝑm se musica & immusica, huiꝰ quidẽ generatio esset, huius autem corruptio.

E Ideo hominis quidem hęc est passio, hominis autem musici & hominis immusici generatio quędam & corruptio. nunc autem passio hæc manentis, ideoq; alteratio est secũdum talia.

Remouet quandam dubitationem, quia enim dixerat quod subiectum quandoq; manet, facta transmutatione circa eius passiones, posset aliquis credere, ꝙ omne id, circa quod fit transmutatio aliquo aduenienre, esset passio illius manentis. Sed ipse hoc excludit dicens. In his corporibus, quæ adinuicem transmutantur, quandoque manet eadem passio, eadem scilicet ĩ generato et corrupto, sicut quando ex aere fit aqua, ambo autem sunt diaphana, i. transparentia vel frigida. non ꝙ aer sit naturaliter frigidus, sed per accidens. Nõ enim oportet ꝙ huius permanẽtis, s. diaphani vel frigidi, alterum in quod fit transmutatio, s. aer vel aqua sit passio. Si autem non esset verum quod nunc dicimus, sequeretur ꝙ, quando ex aere fit aqua, esset alteratio: semper enim videmus ꝙ, quãdo id, quod transmutatur est passio permanentis, est alteratio: tunc autem generatio, quando id quod transmutatur non est passio permanẽtis. Et hoc manifestatꝫ quoddã exemplum, dicitur enim ꝙ homo musicus corruptus est, quando homo amittit habitum Musicæ: & tunc homo immusicus, idest habens priuationem Musicæ, generatus est, eo ꝙ musica nõ est passio hominis musici, cum sit de eius ratione: similiter immusica est de ratione hominis immusici. vnde homo musicus non manet idem numero, sed homo manet idem numero. Si ergo musica & immusica nõ esset passio hominis, sed esset de eius ratione, tunc per trãsmutationem musicæ & immusicæ fieret vnius generatio alterius corruptio: & quia hoc nõ est verum, ideo musica est passio hominis: sed hominis musici est generatio et corruptio. et ꝗa homo manet, vt patet, sequitur ꝙ musica sit passio permanentis: & ideo alteratio aliqua est secundum passiones permanentium. Si ergo aqua & aer essent passiones diaphani, sicut permanentis, sequeret ꝙ trãsmutatio aeris ex aqua esset alteratio.

Aer nõ est naturaliter frigidꝰ, sed per accidẽs

Sed dubitatur, vtrum eadem passio numero, quæ sit altera pars contrarietatis, possit esse in generato & corrupto, vt supra dictum est. si enim non remaneret eadem, non erit facilior transitus eorum inuicem, quæ habent similitudinem, eò ꝙ oportebit vtrobique omnia remouere. Similiter videtur sequi, quod simile corrumpitur à suo simili. nam generans corrumpit id quod prius erat. Si autem ponatur quod maneat eadem numero, sequitur primo quòd remoto priori subiecto, remaneat posteriꝰ, scilicet passio: & ꝙ idem numero accidens sit in duobus subiectis. Dicendum ergo quòd non manet idem numero, sed id quod prius erat corrumpitur per accidens corruptione subiecti, recedente forma, quæ prius erat talis accidentis: & aduenit simile accidens consequens formam de nouo aduenientem, vel accidentem. Et, quia per hoc accidens non erat aliqua repugnantia in agendo & patiendo, facilior fuit transmutatio. Nec est inconueniens, quòd simile corrumpat suum simile per accidẽs corrumpendo subiectum vel materiam. sic enim maior flamma consumit minorem. Deinde cum dicit.

Dubiũ an idẽ nũero sit accẽs in genito & corrupto.

Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate est accretio, atq; decretio: cum in loco, latio: cum in affectu atq; qualitate, alteratio. At cùm id non remanet in quo affectuum alter aut omnino accidens existit, tum generatio unius est, & alterius corruptio.

Quando quidem igitur secundum quantũ est transmutatio contrarietatis Augmentũ, & Diminutio: quando autem secundũ locũ, latio: qñ autem ꝑm passiones & quale, alteratio est:

Quando

Quando autem nihil manet, cuius alterum passio & accidẽs, vniuersaliter hoc quidem Generatio est, huius autem Corruptio.

Ondit differentiã generationis ad alterationem, & ad alias transmutationes ex ꝑte subiecti. & primo dicit, qualiter se habeat ad subiectũ, qd est ens in actu: deinde qũo ad id, qd est ens in potẽtia, ibi {Est aũt hyle}. Dicit ergo primo ꝙ dictũ est, ꝙ alteratio est ꝑm passiones alicuius permanẽtis, & hoc idẽ accidit in alijs mutationibus, quę fiunt ꝑm accẽtia, quę aduenĩũt subiecto existenti in actu. Qñ ergo est transmutatio de cõtrario in cõtrarium ꝑm quantitatẽ, puta de magno in paruũ, aut è conuerso, est augmẽtũ et diminutio eiusdẽ subiecti ꝑmanẽtis, eò ꝙ quãtitas aduenit subiecto existẽti in actu. Qñ autem est transmutatio ꝑm cõtrarietatẽ loci, puta sursum aut deorsum, est latio, i. motus localis eiusdẽ corpis ꝑmanẽtis, eò ꝙ eẽ vbi aduenit corpori actu exñti. Qñ vero est trãsmutatio ꝑm contrarietatẽ in passionibus, i. passibilibus qualitatibus principaliter, & in alijs qualitatibus ex consequẽti, tunc est alteratio eiusdẽ ꝑmanentis: quia etiã qualitas aduenit subiecto actu existenti. Qñ vero nihil manet actu existẽs: cuius alterũ qd transmutatur sit passio & accidẽs, sit quodcunq;, est vniuersaliter generatio & corruptio: eò ꝙ forma substãtialis, ꝑm quã est generatio & corruptio, nõ aduenit in subiecto actu existẽti. Vnde patet falsam esse opinionẽ, quã tradidit Auicebron in Libro Fontis vitę, ꝙ in materia est ordo formarũ, ita ꝙ primo aduenit materię forma, ꝑm quã ē substãtia, & postea alia, ꝑm quã est corpus: & postea alia, ꝑm quã est aĩatum corpus: & sic de alijs. Cũ aũt idẽ sit cõstituere substantiã & facere hoc aliquid, quod ꝑtinet ad substantiã particularẽ, sequetur ꝙ prima forma, quæ cõstituit substantiã, faciet hoc aliquid, qd est subiectũ actu existens: & ita formę posteriores aduenient subiecto permanẽti, et ꝑm eas erit magis alteratio q̃ generatio ꝑm doctrinã, quam hic Aris. tradidit. Est ergo dicendũ, ꝙ sicut supra dictum est, formę substantiales differunt ꝑm perfectius & imperfectius: qd aũt est perfectius põt ꝗcquid põt imperfectiꝰ, & adhuc amplius. vnde forma ꝑfectior, quæ facit aĩatũ, põt etiã facere corpꝰ, qd facit forma ĩpfectior inanimati corporis, & sic nulla forma substantialis aduenit subiecto in actu existẽti, nec ꝑ̃ supponit aliam formã cõiorem realiter diuersam, quæ pertineat ad cõsyderationem Naturalis. sed solum ꝑm rationem: quod pertinet ad consyderationem Logicam. Deinde cum dicit.

Qñ augmẽtum diminutio.

Qñ latio.

Qñ alteratio.

Qñ generatio & corruptio.

Dig. cõtra ponẽtes plures formas substãtiales in cõposito

T.c.18.

Alia rõnalis & sensitiua hominẽ nõ differũt realiter, sed solũ secundũ rationem.

VATAB. *Porro subiectum ortus & interitus susceptiuum, maxime quidem ac proprie materies est. quodam autẽ modo, & id quoque quod cæteris alijs mutationibus subijci solet: propterea ꝙ subiecta omnia, quarundam contrarietatum susceptiua sunt. De generatione igitur ac corruptione si est necne, & quo pacto est, item de alteratione, hoc modo sit definitum atque determinatum.*

ANT. Est aũt & materia maxime subiectũ quidẽ ꝓpriũ generationis & corruptionis susceptibile, modo aũt aliquo & in alijs transmutationibus: quoniã omnia subiecta susceptiua sunt cõtrarietatum aliquarum. De generatione quidẽ igitur siue est, siue non est, qũo est, & de alteratione determinatum sit hoc modo.

Cõparat prædictas transmutationes ꝑm subiectũ, qd est tantum ens in potentia. & dicit quòd prima materia est maxime proprium subiectum susceptibile generationis & corruptionis. quia, sicut dictum est, imediate substat formis substantialibus, quæ per generationem et corruptionem aduenium & recedunt. Sed quodammodo, i. ex consequenti & mediate subijcitur omnibus alijs transmutationibus: quia subiecta aliarum trãsmutationum sunt susceptibilia aliquarum aliarum cõtrarietatũ, quæ reducuntur in primam contrarietatem, quæ est formæ & priuatiõis, cuius subiectum est prima materia, vt dicitur in Primo Phy. & ideo oĩa alia subiecta participãt quodãm ō materiã primam, inquãtum ex materia & forma cõpo nunt. Vltimo autẽ epilogando cõcludit, ꝙ determinatum sit hoc modo de generatione simplr, vtrum sit vel nõ sit: & si est, qũo est: & similiter ẽt de alteratiõe.

T.c.71.

LECTIO. XI.

Augmentum & Diminutio quo nam ab ipsa generatione, & alteratione Separentur.

VATAB. *Restat de accretione dicamus, quo nam à generatione & alteratione differat, & quo pacto unumquodq; ueorum, quæ suscipiunt incrementum, augeatur, et quodnis eorum, quæ decrescunt, diminuatur. Primo itaq; consyderare oportet, utrum mutua earum inter se differentia in eo solum sita sit, circa quod uersari solent, uerbi gratia, utrum eo solum inter se dissideant, ꝙ ea mutatio, quæ ex hoc in hoc tendit, puta ex substantia potentia in substantiam actu generatio sit, quæ uero circa magnitudinem uersatur accretio & decretio, quæ autem circa affectum alteratio. atque earum, quæ posteriore loco dictæ sunt, utraque etiam ex hisce quæ potẽtia sunt ad ea quæ sunt actu, mutatio sit.*

ANT. T.c.25. DE augmentatione reliquũ est dicere, quo modo differat à generatione & alteratione: & quo modo augmentatur vnumquodque quod augmentatur, & diminuitur qdcunque diminuitur. Scrutandum ita que primum, vtrum solum in circa quid est eorum differentia adinuicẽ: v. g. ea, quę est ex hoc in hoc transmutatio, vt ex potentia substantia in actu substantiam, generatio est. quę autem circa magnitudinem augmentatio & diminutio. quæ autem circa passionem, alteratio. vtrorunq; autem ex potentia entium in actum transmutatio dictorum est.

Postquam Philosophus determinauit de generatione & alteratione, hic determinat de augmentatione & diminutione. & primo exponit suam intentionem dicens, ꝙ post generatione & alterationem, reliquum est dicere de augmentationem. de qua consyderare oportet primo, in quo differat à generatione & alteratione. Secundo perquẽ modum augmentatur & diminuitur vnumquodq; quod augmentatur & diminuitur. Secundo ibi {Scrutãdum vtiq; primum} Prosequitur suã intẽtionem, & primo ostendit differentiã augmentationis à generatione et alteratione. Secundo inquirit de modo augmentationis, ibi {Circa quid autem est transmutatio} Circa primum duo facit. primo supponit vnam differentiam, Secundo inquirit de alia. ibi {Aut etiam modus} Dicit ergo primo, ꝙ primum eorum, quæ sunt consyderãda circa augmentationem, est, ꝙ oportet inquirere, vtrum differẽtia augmentationis à generatione & alteratione sit solum in circa quid, i. in genere, circa quod est quælibet istarum transmutationum. Hæc enim est differentia manifesta, videlicet. ꝙ transmutatio, q̃ est ex hoc in hoc, i. ex substãtia ente in potentia, in substantiam entem actu, est generatio. transmutatio autem, quę est circa magnitudinem est augmentatio, puta, quando aliquid transmutatur de paruo in magnum. transmutatio autem, quæ est circa passiones, idest passibiles, qualitates, est alteratio. Et, quia dixerat quòd generatio est transmutatio ex substantia in potẽtia in substantiam in actu, vt idem intelli-

Sermo de augmentatione.

T.c.26.

gatur etiam in aliis duabus ſupradictis mutationibus, ſubiungit ꝙ tranſmutatio vtrorumꝗ prædictorum, ſ. magnitudinis & paſſionis, eſt ex potentia in actum. Et etiam motus eſt actus exiſtẽtis in potentia, vt dicitur in Tertio Phyſico. Deinde cum dicit.

VATAB. *An etiam mutationis modus differat? Nam nec id quod alterationem ſubit, nec id quod generatur, neceſſario mutari loco cernitur. ꝙ autem accreſcit, aut decreſcit cernitur.*

ANT. Aut etiam modus differt tranſmutationis. videtur.n. ꝙ alteratur non ex neceſſitate trãſmutans locum, neꝗ quod generatur. quod autem augumentatur & diminuitur.

Aſſignat aliam differentiã ex modo tranſmutatiõis. Et primo ponit differentiã, Secundo exponit. ibi. {Alio aũt modo.} Dicit ergo primo, ꝙ in prędictis mutationibus etiã modus trãſmutationis differt. Nõ aũt refert vt hæc litera legatur interrogatiue vel remiſſiue. in hoc.n. differt modus prædictarum tranſmutationũ, ꝙ id quod alteratur, non ex neceſſitate tranſmutatur ſm locũ. ſimiliter etiã neꝗ quod generatur, ſed neceſſe eſt id quod augumentaẽ, aut diminuitur, ſm locũ tranſmutari. Huius dicti rõ eſt: quia locus cõmẽſuratur locato, & hoc ſm magnitudinẽ, non aũt ſm qualitatẽ vel ſubſtãtiã: & ideo neceſſe eſt, ꝙ, qñ mutatur magnitudo locati, ꝙ ẽt fiat tranſmutatio ſm locũ, non aũt qñ tranſmutatur aliquid ſecũdũ ſubſtantiã vel ſm qualitatẽ. ſicut aũt cõmẽſuratio locati ad locũ attenditur ſm magnitudinẽ, ita qualitas attẽditur ſm formã ſubſtantialẽ, & ex cõſequenti ſm aliquã qualitatẽ, puta grauitatẽ vel leuitatẽ. & ideo licet generatio & alteratio poſſit eſſe ſine mutatione locali: aliqua tñ generatio & alteratio eſt cã ꝙ aliquid moueaẽ ſm locũ, puta cum fit ignis vel terra fit graue vel leue. Differẽtia aũt aliarum tranſmntationum ꝑ comparationem ad motũ localem non eſt omnino per accidens. oſtẽſum eſt.n. Octauo Phy. ꝙ motus localis eſt primus, principalis motus, & cauſa aliorum motuum. Deinde cum dicit.

Greca tñ lectio iterrogationẽ poſtulat.

Cur id qđ augumẽtaẽ mouetur localiter.

T.c.58.

VATAB. *At alio quàm quod fertur modo. quod enim fertur, tota mole locum mutat. quod autem accreſcit, perinde atque quod diſtendi producique ſolet. hoc enim manente, partes, alio.*

ANT. Alio autem modo ab eo quod fertur. nam quod ferẽ vniuerſum mutat locũ: quod autẽ augmentaẽ, quẽadmodũ quod extẽditur: hoc enim manente, particulę tranſmutantur ſecundum locum,

Manifeſtat quod dixerat, ſ. ꝙ id, quod augmentatur vel diminuitur, mutatur ſm locũ. Et primo manifeſtat hoc per differentiam ad motum localẽ rectũ, Scđo ꝑ differentiam ad motum localẽ ſphæricum. ibi. {Non quẽadmodũ quę ſphæræ.} Dicit ergo primo, ꝙ alio modo tranſmutat locũ id qđ augumẽtatur vel diminuitur, ꝗ id quod fertur, ſ. motu recto. Illud.n. qđ fertur, ſ. motu recto, vniuerſum, i. ſm ſe totũ variat locũ: illud aũt, qđ augmẽtatur mutat locũ, ſicut illud quod extẽditur, puta metallũ ꝑ malleationẽ, vel etiã humidũ in vaſe ꝑ infuſionẽ, ſiue quodcunꝗ hmõi corpus: quo quidem in eodem loco manente partes eius trãſmutantur ſm locũ per extenſionẽ, vel quocunꝗ alio modo. Deinde cum dicit.

VATAB. *Non ſicuti globi partes, migrant, ſuumq; deſerunt locũ. nã globi partes toto manente æquali in loco, locũ ex loco mutant. at partes eorum, quæ augentur, ſemper in ampliorem locum uergere ſolent, & eorum quæ decreſcunt, in minorem. Generationem igitur alteratio-*

E *nemq; & accretionem non ſolum obiecto, ſed ipſo item mutationis modo differre, perſpicuum eſt.*

ANT. Non quemadmodum quę ſphęrę. hę enim in ſimili loco trãſmutantur manente toto: quę autẽ eius qđ augetur ſemper in ampliorẽ locũ: in minorem autem, quę eius quod diminuitur.

T.c.26. Quòd autẽ tranſmutatio differt non ſolũ in circa quid, ſed ex parte eius quod generatur & alteratur & augmentatur, manifeſtum eſt.

Manifeſtat differentiam ad motum localem ſphæricum. & dicit, ꝙ partes eius, quod augmentatur, mutant quidem locum, ſed non eodem modo, ſicut partes ſphæræ. partes enim ſphæræ tranſmutantur toto manente in eodem loco, ſcilicet ſubiecto: quamuis etiam totum mutet locum ſecundum rationem, vt dicitur in Sexto Phyſicorum. ſed partes variant locum etiam ſubiecto, ſicut pars cœli, quæ modo eſt in oriente, poſtmodum erit in occidente. ſed talis tranſmutatio partium ſphæræ ſunt in ſimili loco, ideſt neque in maiori, neꝗ in minori: ſed partes corporis, quæ ſemper augentur, extenduntur in maiorem locum, eius vero quod diminuitur ſemper retrahuntur in minorem. Vltimo autem epilogando cõcludit manifeſtum eſſe ex prædictis quòd tranſmutatio eius quod generatur & alteratur & augetur, differũt nõ ſolũ in circa quid, ideſt ex parte generis, in quo ſunt iſtę mutationes, ſed ſicut ex parte modi tranſmutandi. T.c.85.

F

LECTIO. XII.

Quæſtionis ſolutio, An materia, quę ſubiectum augmenti eſt, erpers ſit magnitudinis actu uel potentia, necne.

VATAB. *At id circa quod accretio decretione uerſari ſolet (uerſari autem uidetur, circa magnitudinem) utro modo accretionem decretionemue ſubire exiſtimandum eſt, utrũ, inquam, ex potentia quidem magnitudine ac corpore, ſed actu nec corpore, nec magnitudine corpus fieri, an nõ, putandum eſt? atque cum hoc bifariam dici contingat, utro modo ſit accretio? utrum ex ſeparata ipſa per ſe materia, an exiſtente in alio corpore?*

G

ANT. T.c.27. Circa quid autẽ eſt trãſmutatio augmentationis & diminutiõis. Circa magnitudinẽ aũt videtẽſſe augeri & diminui. Et qualiter ſuſcipiendum? Vtrũ ex potentia quidẽ magnitudine & corpore, actu vero incorporeo, & ſine magnitudine generari corp⁹, & magnitudinẽ? Et, cũ hoc dupliciter cõtingat dici, qualiter augmentatio fit vtrũ ex ſeparata ipſa ſm ſe materia, an ex exiſtente in alio corpore?

H Poſtquam Philoſophus oſtendit differentiam augmenti à generatione & alteratione, hic incipit inquirere de modo augmenti: & primo quantum ad ſubiectũ, qđ augetur, Secundo quantum ad id, quo aliquid augetur. ibi. {Suſcipiendum itaꝗ.} Circa primum duo facit. Primo mouet qõnem, Secundo inquirit quæſtionis veritatẽ. ibi. {Aut impoſſibile.} Circa ꝑmũ duo facit. Primo ꝑponit qđ ex ꝑdictis ſit manifeſtũ circa augumentũ: & quærit circa qđ ſit tranſmutatio augumenti & diminutionis. Et rñdet, ꝙ motus augumẽti & diminutionis vẽ eſſe circa magnitudinẽ. Secundo ibi. {Et qualiter.} Oſtendit qđ reſtat inquirendũ. & dicit ꝙ accipiendum eſt de cætero qualiter fiat augumentum vel diminutio. Et quantũ ad ſubiectũ augumẽti, primo mouet hãc quęſtionẽ, vtrũ contingat ꝙ ꝑ augumentũ genereẽ magnitudo & corpus ex eo ꝙ eſt in potẽtia ad magnitudinẽ, et corporeitatem: T.c.32.

corporeitatem: ita. ſ. ꝙ ſit actu incorporeum, & ſine magnitudine, vel nõ. & ſubdiuidit primum membrum quæſtionis: dupliciter enim poteſt dici ꝙ aliqua materia actu exiſtens ſit ſine corporeitate & magnitudine. vnde rationabiliter quæritur, ſi talis materia ſit ſubiectum augmenti, qualiter ex ea augmentatio fiat, vtrum, ſ. ipſa materia ſine corporeitate & magnitudine exiſtens ſit ſm ſeipſam ſeparata exiſtens, aut ita ꝙ ſit in aliquo corpore: non tñ pars eius. nam, ſi eſſet pars eius, eſſet ſubiectum corporeitati & magnitudini ipſius. Deinde cùm dicit.

VATAB. *An neutro modo fieri nequeat? nã ſi ſeparata ſit, aut nullum occupabit locum, ueluti punctus quidam, aut uacuum, uel corpus non ſenſibile erit: horum autem alterũ non contingit, alterũ neceſſe eſt in aliquo eſſe. quod enim ex eo oritur, id ſemper alicubi erit: quare & illud, aut per ſe, aut per accidens.*

ANT. Aut impoſſibile vtrunꝗ. ſeparata enim aut nullum poſſidebit locum, vt punctus aliquis, aut vacuum erit, & corpus non ſenſibile. horum autem hoc quidem non contingit, hoc autem neceſſe in aliquo eſſe. ſemper enim alicubi erit quod generatur ex eo: quapropter & illud aut ſecundum ſe, aut ſecundum accidens.

Determinat quæſtionem motam. & primo ratione accepta ex parte materiæ vel ſubiecti, Secundo ratione accepta ex parte augmẽti. ibi {Amplius autem talis.} Circa primum duo facit. Primo determinat quæſtionem prędictã ratione ſumpta ex parte materiæ, ſm ꝙ ab ipſo conſyderatur, Secundo ſm ꝙ conſyderatur à Platonicis. ibi {Sed neꝗ puncta.} Circa primum tria facit. Primo excludit primum membrum primæ diuiſionis, ſ. ꝙ materia ſine magnitudine ſit ſeparata exiſtens. Secũdo ibi. {Sed ſi in aliquo exiſtat.} Excludit ſecundum membrum, ſ. ꝙ materia ſeparata à magnitudine non ſit in aliquo, Tertio concludit propoſitum. ibi {Melius ergo.} Dicit ergo primo, ꝙ vtrunꝗ membrum ſecundæ diuiſionis eſt impoſſibile. & primo hoc oſtendit quãtum ad hoc ꝙ impoſſibile eſt materiam ſine magnitudine exiſtentem per ſe ſeparatam exiſtere. quia, ſi ſit ſeparata, oportet alterũ duorum eſſe: quorum vnum eſt, ꝙ nullum poſſideat locum, ſicut punctus, cuius nõ eſt locus, eò ꝙ omnis locus dimẽſionem habet aliquam: aut oportet ſi materia ſine quantitate exiſtens occupet locum aliquem, ꝙ ſit aliquis locus vacuus. Nam vacuum dicimus locum non repletum ſenſibili corpore. vel etiam oportet ꝙ ſit quoddã corpus nõ ſenſibile. Nam vacuum nihil aliud dicebant, niſi corpus non ſenſibile. Oportet enim dicere vacuum corpus, propter dimenſionem ſpacii: non ſenſibile autem, propter vacuitatem. horum autem duorꝫ alterum eſt impoſſibile, ſ. ꝙ ſit vacuum, vel corpus non ſenſibile. Similiter impoſſibile eſt ꝙ materia ſeparata exiſtens nullum poſſideat locum: materia enim eſt, ex qua generantur corpora ſenſibilia: hoc autem, ex quo corpora ſenſibilia generãtur, neceſſe eſt in aliquo loco eſſe: ſemper enim videm⁹ ꝙ id, qđ generatur, ex eo ex quo generatur eſt alicubi, i. in aliquo loco determinato. Ibidem autem eſt quod generatur ex aliquo, vbi fuit id, ex quo generatur: ergo oportet id, ex quo generatur aliquid ſm materiam, eſſe alicubi, vel per ſe vel per accidens. per ſe quidem ſm opinionem antiquorum Philoſophorum ponẽtium materiam corporum naturalium eſſe aliquod corpus actu, puta ignem, aut aerẽ, aut aquã: per accidens autem ſecundum opinionem Platonis, & ſuam, qui ponebat materiam eſſe ens in potentia. Deinde cùm dicit.

Tex.c.31. Tex.c.29. Tex.c.28. Tex.c.29.

Impoſſe eſt materiã ſine magnitudine p ſe exiſtere.

Vacuũ, 4. Phy. t. cõ. &infra.

VATAB. *At uero ſi ſit in aliquo, & ita quidem ſeiunctum ſit ut nihil illius aut per ſe aut per accidens ſit, multa profecto uel quæ fieri nequeant euenient. Dico autẽ, ut ſi ex aqua,*

A *fiat aer, idem non erit, aqua mutationẽ ſubeũte, ſed quia in aqua, ut in uaſe materies eius eſt. Nihil enim uetat, infinitas eſſe materias: quare & actu fieri. Adde quod, nec ita aer ex aqua oriri uidetur, ut permanente aqua, aer inde egrediatur.*

ANT. Tex.c.28. Sed, ſi in aliquo exiſtit, ſiquidem ſeparatum ita vt non illius ſm ſe, aut ſm accidẽs aliquid ſit, contingunt multa impoſſibilia. Dico autẽ, verbi gratia, ſi generabitur aer ex aqua, non aqua erit tranſmutata. ſed propterea ꝙ in aqua vt in vaſe ineſt materia eius, cuius eſt. infinitas enim nihil prohibet materias eſſe: quapropter & generari actu. Amplius neꝗ ſic videtur generari aer ex aqua, vt exiens à manente.

B Excludit ſecundum membrum oſtẽdens ꝙ materia ſeparata à magnitudine non ſit in aliquo. & primo proponit quod intendit. & dicit, ꝙ, ſi materia ſine magnitudine exiſtens ita ſit in aliquo corpore ſeparata à ſubſtantia ei⁹, ꝙ non ſit aliquid eius per ſe vel per accidens, contingunt multa impoſſibilia. & manifeſtat hunc modum ponẽdi. puta ſi ponamus, ꝙ, quando generatur aer ex aqua, non fiat hoc per trãſmutationem aquæ, ita, ſ. ꝙ materia aquæ amittat formam aquę, & recipiat formam aeris, ſed ſicut ſi materia aeris eſſet in aqua, ſicut in vaſe. Secundo ibi. {Infinitas enim.} Ponit rationes deducentes ad incõueniens. quarum prima eſt ꝙ, ſi in aqua præter materiã eſt etiam materia aeris, pari ratione poteſt etiã eſſe in aliqua alia, & ſic in infinitũ: præſertim, quia ex vno poſſunt infinita generari ſucceſſiue, & ita ſequeretur, ꝙ nihil prohibeat eſſe infinitas materias in aqua: ſed ex materia qualibet poteſt aliquid actu generari: ergo ſequeretur ꝙ infinita poſſint actu generari ex vna & eadem aqua, ita, ſ. ꝙ qđ quid poteſt generari in potentia, ſimul põt generari actu.

Materia ſepata à magnitudine non eſt in aliquo.

Prima rõ.

C Secũdam rationem ponit. ibi {Amplius neꝗ ſic.} Et dicit ꝙ non videmus aliquid ſic generari ex aliquo, puta aerem ex aqua, ſicut quod exit ex aliquo permanente. puta cum vinum exit à dolio non tranſmutato, videmus.n. ꝙ generatur ex corrupto, ſicut ſupra dictum eſt. oportet autem id, quod ſenſibile apparet, accipere vt principium in Scientia Naturali. Deinde cùm dicit.

Secũda rõ.

Sẽſibile apparens accipiẽ vt principiũ ĩ ſcia Naturali.

VATAB. *Satius igitur fuerit, inſeparabilem omnibus materiam tribuere. ut pote quæ una numero eademque ſit, ratione non una.*

ANT. Tex.c.29. Melius ergo eſt facere inſeparatam materiã eãdem & vnam numero, ratione aũt non vnã.

D Concludit veritatem dicẽs, ꝙ melius eſt dicere, ꝙ materia ſic inſit omnibus, ꝙ non ſeparetur ab eis, tanquam nihil eorum exiſtens. Sed ꝙ vna & eadem numero ſit materia omnium, & differat ſolum ratione, ſicut ſupra dictũ eſt: & ſecundum hoc nõ erit ſeparata à magnitudine, ſed in vnoquoꝗ actu magnitudini ſubiecta.

Materia eſt vna numero omniũ & nõ differt niſi ſecũdũ rationem.

LECTIO. XIII.

Nullum magnitudine carens poſſe eſſe augmentationis ſubiectum oſtenditur.

VATAB. *At uero, nec puncta nec lineas, corporis materiam po ijſdem de cauſis oportet.*

ANT. Sed neꝗ puncta ponẽdum, neꝗ lineas corporis eſſe materiam propter eaſdẽ cauſas.

Supra Philoſophus oſtendit ꝙ non eſt poſſibile ſubiectum augmenti eſſe id quod nullam habet quantitatem actu, ſed in potentia tantũ, ſicut eſt materia. Et, quia quidam poſuerunt materiam corporum eſſe quid mathematicum, ideo Philoſophus hic oſtendit ꝙ nihil quod caret magnitudine poteſt eſſe ſubiectum augmenti. Caret autem quantitate in genere mathematicorum punctus quidem

Materiã nõ eſſe aliquid mathematicum.

dem ſimpliciter,linea vero ſm dimenſionem latitudinis & profunditatis,ſuperficies autem ſm dimenſionem profunditatis,corpus autem habet magnitudinem ſm omnẽ dimenſionem:vnde eſt perfecta magnitudo,vt dicitur in Primo de Cœlo.Oſtendit ergo ꝙ nihil talium,quod quocunq; modo caret magnitudine, pōt poni materia, quæ ſit ſubiectum augumenti tripliciter. primo quidem propter rationes præmiſſas.vnde dicit, ꝙ neq; ponẽdum eſt puncta,quæ carent omnino magnitudine, eſſe corporis materiam,quæ,ſ.ſint ſubiectum augumenti: neq; etiam lineas,quæ ſecundum aliquid carẽt magnitudine: & hoc propter eaſdẽ cauſas,i.propter rationes ſuperius aſſignatas.quia neceſſe eſt puncta,& lineas ſeparatim per ſe exiſtere,aut in aliquo corpore eſſe:& ſic ſequerẽtur eadem, quæ ſuperius ſecuta ſunt. Deinde cùm dicit.

Tex.cõ.3.

VATAB. *Sed cuius ultima ſunt hæc,id materies ẽ, quæ nec ſine affectu unquam,nec ſine forma eſſe poteſt. Gignitur igiẗ abſolute aliud ex alio.id quod alio quoq; loco iam definitum eſt: atq; ab aliquo actu exiſtente, quod eiuſdem ſit aut generis aut ſpeciei, ut ignis ab igne, aut ab homine homo:aut ab actu:durum enim à non duro fit.*

ANT. Illud autem,cuius hæc ſunt vltima, materia eſt,quam nunq̃ ſine paſſione poſſibile eſt eſſe, neq; ſine forma. Generaẗ quidem igitur ſimpliciter alterum ex altero, quẽadmodum & in alijs determinatũ eſt:& ab aliquo, aut actu exiſtente,aut homogeneos,aut homoideos, verbi gratia ignis ab igne,aut homo ab homine: aut ab actu.durum enim à non duro generatur.

Tex.c.30.

Improbat hoc per ipſam poſitionem Platonicorũ.qui ponebant ꝙ mathematica erant ſubſtantia corporum naturalium. &,quia puncta,& lineæ ſunt termini dimenſionum, ſicut forma eſt terminus materiæ,ponebãt ꝙ id,qđ per hmõi terminatur,eſſet materia corporum:ipſi autem termini magis ſe habẽt in ratione formæ.& hoc eſt quod dicit, ꝙ id,ſ.dimenſio vel magnitudo,cuius hoc,ſ. pũcta & lineæ ſunt vltima,erat materia ſm Platonicos.Secundo ibi {Quam nunq;.} Oſtendit conſequenter ꝙ nihil horum poteſt eſſe materia corporum:quia.ſ.ſecundũ eos mathematica ſunt ſeparata à formis naturalib⁹ & paſſionibus ſenſibilibus, ſicut ſm intellectum, & ita & ſm eſſe: ſed materia non põt ſeparari à formis naturalibus & paſſionibus ſenſibilibus:ergo impoſſibile eſt aliquid mathematicorum eſſe materia corporum naturalium. Primo ergo proponit medium ſuæ rationis dicens, ꝙ materiam neq; poſſibile eſt eſſe ſine paſſibili qualitate, neq; ſine forma: ſine quibus tamẽ ſm Platonicos ſunt mathematica. Secundo ibi.{Generatur quidem.} Probat quod ſuppoſuerat.& primo ꝙ materia non poſſit eſſe ſine forma. Secundo ꝙ non poſſit eſſe ſine paſſione. ibi{Quoniã autem eſt.} Dicit ergo, ꝙ ſicut in alio libro determinatum eſt,puta in Primo Phyſi.ſimpliciter generatur alterũ ex altero.fit enim vnumquodq; ex ſubiecto, quod eſt materia.oportet etiam ꝙ id, quod generatur,generetur ab aliquo agẽte actu aut homogeneos,i. ſaltem quod ſit vnius generis,aut homoydeos,i. ꝙ ſit vnius formæ vel ſpeciei. & exemplificat, ꝙ ignis generatur ab igne, ſicut ab agente vnius ſpeciei,& ſicut homo generatur ab homine:aut oportet ꝙ ſaltem ab aliquo actu exiſtẽte, ſiue ab actione alicuius actu exiſtentis aliquid generetur: etiam ſi generans ſimile non ſit generato in genere ſeu ſpecie, ſicut durum generatur à non duro, puta cum lac induratur per ignem. Contingit autem ꝙ aliquod factum non aſſimilatur in forma agenti, uno quidem modo, quia illud factũ non primo & per ſe reſpondet facienti, ſed per accidens, ſiue per poſterius,per accidens quidem,ſicut muſicus ſanat non inquantum muſicus,ſed inquãtum eſt Medicus:

Materia nõ eſt ſeparabilis à paſſiõe & à forma.

Tex.c.71.

Qñ factum nõ aſſimilatur agẽti in forma, Primo.

E ſanitatis autem ſimilitudo non eſt in muſico inquantum muſicus,ſed inquantum eſt Medicus, qui per formam ſanitatis,quam habet in anima,facit ſanitatem in corpore. per poſterius autem, ſicut cum qualitas effecta eſt effect⁹ conſequens aliquam primarum qualitatum. ſicut ſanitas cauſatur ex aliqua medicina calida per calorem, quem facit in corpore:quamuis in ipſa medicina non ſit forma ſanitatis. Secundo per hoc ꝙ agens agit inſtrumẽtaliter. inſtrumentum enim non agit virtute propriẹ formẹ, ſed inquantum mouetur à principali agẽte, quod per ſuam formam agit.vnde effectus aſſimilatur in forma, non quidẽ inſtrumento,ſed principali agenti.ſicut domus,quẹ fit in materia,domui quæ eſt in mente ẹdificantis, non autem ſecuri aut aſciæ.& homo generatus aſſimilatur in ſpecie patri generanti,non autem ſemini. Tertio,quando materia patientis non eſt proportionata ad recipiendum formam agentis propter illius excellẽtiam, ſed recipit aliqd minus.ſicut in animalibus, quæ generãtur ſine ſemine ex F virtute Solis. Et inde eſt etiam ꝙ effectus nõ aſſimilatur in ſpecie agẽti remoto,ſed propinquo, vt homo homini, non autem Soli:quãuis homo generet hominem & Sol, vt dicitur in Secundo Phyſi. Sicut autem vnumquodq; ab agẽte generatur aliqualiter ſimili ſm formam,ita corrumpitur aliquid à contrario. Et, quia generatur aliquid ex corrupto, vt ſupra dictum eſt, neceſſe eſt materiã, ex qua aliquid generatur, & in quam aliquid corrumpitur, ſemp habere aliquam formam,per quam aſſimiletur vel contrarieẗ generanti vel corrũpenti. Deinde cùm dicit.

Secundo.

Tertio.

Tex.c.21.

VATAB. *Cum autem & corporeæ ſubſtãtiæ materies ſit corporis iam talis (nullum enim eſt commune corpus) eadem & à magnitudine & ab affectu, ratione quidem, non itẽ loco ſeparabilis eſt, niſi & ipſi quoq; affectus ſeparabiles ſint. Patet igitur ex his, quæ addubitauimus, accretionẽ non eſſe mutationem è potentia quidem magnitudine,* G *actu uero nullam habente magnitudinem, quandoquidem quod commune eſt, ſeparabile eſſet: hoc autem eſſe non poſſe, dictum iam eſt.*

ANT. Tex.c.31. Quoniam autẽ eſt materia & ſubſtantiæ corporeẹ,& corporis talis.(Corpus enim commune nullum) eadẽ paſſionis & magnitudinis eſt, ratione quidem ſeparata, loco autem non ſeparata, niſi & paſſiones ſint ſeparabiles. Manifeſtum autem eſt ex quæſitis, quoniam augmẽtatio non eſt tranſmutatio ex potentia magnitudine,actu aũt nullam habentem magnitudinem. ſeparatum enim eſſet ipſum cõe.hoc aũt, quoniam impoſſibile, dictum eſt in alijs prius.

Oſtendit ꝙ materia nõ ſit ſine paſſione. Non enim ma H teria eſt niſi ſubſtantiæ corporeæ. ſubſtantiæ enim incorporeæ immateriales ſunt. vnde ſequitur ꝙ omnis materia ſit talis corporis. non enim poteſt eſſe aliquod corpus commune, quod non ſit determinatum ad aliquam ſpeciem, & ad aliquod indiuiduum. omne autem tale corpus neceſſe eſt habere aliquam paſſionem, vel cõſequentem formam ſpecificã, qualis eſt propria paſſio, vel qualitercunq; aliter aduenientem: ſicut ſunt accidentia indiuidualia. ergo neceſſe eſt ꝙ eadem materia, quæ eſt ſubiectum magnitudinis, ſit etiam ſubiectum paſſionis: ita quidem ꝙ materia, quæ eſt ſubiectum magnitudinis, ſit ratione ſeparata à paſſione. ſicut eſt alia ratio hominis, & albi, loco autem, i. ſubſtantia, non ſeparantur. niſi quis dicat ꝙ paſſiones ſunt ſeparabiles à ſubſtantijs, quod eſt impoſſibile. Et, quia Philoſophus videbatur digreſſionem quandam à propoſito feciſſe, colligit propoſitum ex omnibus præmiſſis dicens, manifeſtũ eſſe ex omnibus, quæ inquiſita ſunt, ꝙ augmentum non eſt tranſmutatio ex aliquo,

quod

Quod materia nõ ſit ſeparata à paſſionib⁹.

quod ſit in potentia ad magnitudinem, ita ꝙ actu nullam magnitudinem habeat. ſequeretur enim ꝙ cõe ſubiectũ, ſ. materia prima, eſſet ſeparatum per ſe exiſtens abſq; oĩ forma: quod & nunc oſtenſum eſt eſſe impoſ̃e. & ẽt prius in alijs libris, puta in Primo Phyſi. Deinde cùm dicit.

x,c.69.

VATAB. *Præterea talis mutatio accretionis propria nõ eſt, ſed generationis. nã Accretio magnitudinis, quæ in quopiã ineſt, augmẽtatio eſt: Decretio uero eiuſdem, diminutio. Quamobrem id, quod accreſcit, magnitudinem quandam habeat oportet. Proinde nequaquam conuenit, accretionem è materia, quæ magnitudinis ſit expers, ad actum magnitudinis eſſe: potius enim eſſet generatio corporis, non accretio.*

ANT. Amplius autem talis tranſmutatio non augmentationis eſt propria, ſed generationis. Augmentatio enim eſt exiſtentis magnitudinis ad- B ditamẽtum: Diminutio autem minoramentũ. ideo oportet habere aliquam magnitudinem quod augetur. quapropter non ex materia ſine magnitudinis oportet augmentationem eſſe in actu magnitudinis. generatio enim vtiq; erit magis corporis, non augmentatio.

Oſtẽdit propoſitum ratione ſumpta ex parte augmenti. & dicit, ꝙ talis trãſmutatio, quæ, ſ. fieret ex eo quod ſolum eſſet in potentia ad magnitudinem, non proprie pertineret ad augmentum, ſed magis ad generationem: quia de ratione augmenti eſt ꝙ fiat additio ad præexiſtentem magnitudinem. Dicitur enim aliquid augeri ex eo quod fit maius: quod nõ eſſet niſi aliquid prius eſſet magnum. Et per oppoſitum, de ratione diminutionis eſt ꝙ fiat quẹdam minoratio magnitudinis præexiſtentis. vnde patet ꝙ oportet id quod augetur habere aliquam magnitudinem. Et ſic oportet ꝙ augmentatio fiat, non quidem ꝙ materia, quæ erat ſine magnitudine in actu, perueniat ad hoc ꝙ habeat magnitudinem in actu: hoc enim non eſſet augmentatio corporis, ſed generatio: cuius rationis eſt ꝙ fiat aliquid in actu, quod prius fuit in potentia.

LECTIO. XIIII.

Quænam ſit eius, quo aliquid augetur, natura inquiritur.

VATAB. *Potius itaq; ſumamus oportet, quaſi tractãtes ab initio quæſtionem, qualis accretio decretiòne, cuius cauſas quærimus, exiſtat. Igitur eius, quod accrementum ſuſcipit, pars quæuis augeri uidetur. Atq; pari modo in decretione, minor euadere. Præterea accedente quopiam accreſcere, & abeunte decreſcere.*

ANT. Tex.c.32. SVſcipiendum itaq; magis, quaſi tangentes quæſtionẽ à principio, qualis alicuius entis D augmentari & diminui cauſas quẹrimus. Videtur itaq; eius, quod augetur, quæcunq; pars aucta eſſe. Similiter aũt in diminutione minor eẽ generata. Amplius autem adueniente aliquo augmentari, & recedente diminui.

Poſtquam Philoſophus determinauit de augmẽto ex parte eius quod augetur, hic inquirit de eo, quo aliqd augetur. Et primo proponit de quo eſt intentio: & dicit, ꝙ, cùm de ratione augmenti ſit ꝙ ſit additamentum magnitudinis: hoc magis videtur eſſe ſuſcipiendum ad præſentem cõſyderationem, ſicut difficilius, quaſi aliquod principium quæſtionis facientes, quale ſit id, quo aliquid augetur vel diminuiẗ, vt ſic augmenti & diminutionis cauſas conuenientes inquiramus. Secundo ibi.{Videtur vtiq; eius.} Exequitur propoſitum. Et primo ponit diuiſionem intentam principaliter, Secũdo interponit aliam

A quœſtionem. ibi{Quæret autem aliquis.} Tertio ſoluit quæſtionem principalem. ibi{Qm̃ autem de his quẹſitũ eſt.} Circa primum tria facit. Primo proponit duas ſuppoſitiones, Secundo mouet dubitationem. ibi{Neceſſe autem augmentari.} Tertio excludit quãdam obuiationem. ibi{Sed neq; ſi contingit.} Prima ergo ſuppoſitio quam primo proponit, eſt hæc, ſ. ꝙ eius, quod augeẗ, quẹlibet pars videtur eſſe augmẽtata. Et ſimiliter de diminutione quælibet pars eius quod diminuitur videtur eſſe facta minor. cuius ratio apparet ex eo quod diciẗ in Quinto Phy. illud enim, cui⁹ aliqua pars mouetur, dicitur moueri ſm partem, & non ſimpliciter: ſicut homo diciẗ vulnerari, cuius man⁹ vulnerata eſt. Ad hoc ergo ꝙ aliquid per ſe & ſimpliciter moueaẗ, requiritur ꝙ quælibet pars eius moueatur. quod quidem etiam in augmento, & omnibus alijs motibus obſeruari oportet. Secunda ſuppoſitio eſt, ꝙ omne quod augetur, augmentatur aliquo adueniente extrinſeco, & ſimiliter diminuitur aliquid aliquo recedente. cuius ratio eſt, quia oportet aliquid in actu reduci per id quod eſt actu: vnde ſm hoc, id, quod eſt in potentia ad maiorem quantitatem, reducitur in actũ illius quãtitatis per aliquid quod habet actu quantitatẽ illã: & hoc eſt quod adijciẗ ei quod augeẗ. Deinde cùm dicit.

Quod augeẗ ſecũdũ quamlibet ptẽ augeẗ.

Tex.cõ.1.

Augmentũ fit aliquo extrinſecus adueniẽte.

VATAB. *Itaq; aut incorporeo, aut corpore augeri illud, neceſſe eſt. Si igitur incorporeo, quod cõmune eſt ſeparabile erit. At à magnitudine materiam eſſe ſeparabilem, quemadmodum prius eſt dictum, impoſſibile eſt. Sin uero corporeo, duo corpora, id, inquam, quod augetur, & quod auget, in eodem erunt loco. quod etiam fieri nequit.*

ANT. Neceſſe autem augmẽtari, aut incorporeo, aut corporeo. Siquidem igitur incorporeo, erit ſeparatũ quod cõe. impoſſibile eſt aũt materiã C à magnitudine eſſe ſeparabilẽ, quẽadmodum dictum eſt prius. Si autem corporeo, duo in eodem loco corpora erunt, & quod augetur, & quod auget. eſt autem & hoc impoſſibile.

Dubium.

Proponit dubitationem, quæ ſequitur ex duabus præmiſſis diuiſionibus. Si enim eius, quod augetur, oportet quamlibet partem augeri: & omne augmentũ fit per alicuius additionem: cõſequens eſt ꝙ cuilibet parti eius, qđ augetur, oporteat aliquid addi. neceſſe ẽ ergo ꝙ id, quod additur, quo dicitur aliquid augeri, aut eſſe corporeum, aut incorporeum ſeparatum ab omni quantitate corporali. Sed, ſicut ſupra oſtenſum eſt, impoſſibile eſt ꝙ materia ſeparata ſit à magnitudine: vnde patet ꝙ id, quo aliqd augetur, non poteſt eſſe incorporeum. Et iterũ, ſi eſſet incorporeum, non eſſet quantũ in actu: vnde ſui appoſitione non faceret maius ſm quantitatem. Si autem dicatur, id, quo addito, aliquid augetur, eſſe corporeum, ſequereẗ D duo corpora ſimul eſſe in eodem loco, ſ. corpus, quod augeẗ, & corpus additum quod auget. Nõ.n. poteſt dici qđ collocetur ſeorſum corpus quod augetur, & corp⁹ quod auget: quia oportet additamẽtum fieri cuilibet parti eius quod augetur, quod ex ſupradictis ſuppoſitionib⁹ ſequitur: & hoc etiam eſt impoſſibile, ſ. ꝙ duo corpora ſint ſimul in eodẽ loco. et ſic ſequitur inconueniens ad vtrãq; partem quæſtionis. Deinde cùm dicit.

Duo corpa eẽ ſimul in eodẽ loco eſt impoſ̃e.

VATAB. *At uero nec accretionem decretionemùe perinde fieri, atq; cum ex aqua fit aer: tunc enim moles fieri maior aſſolet) dicere contingit. non enim id accretio, ſed eius quidem in quod mutatio fit generatio, contrarij uero corruptio erit, neutrius autem, accretio. Immo aut nullius, aut ſi quid utriſq;, ei, inquã, quod oritur, & ei quod intererit commune eſt, ueluti corpus, eius erit. et nec aqua, nec aer accreſcit: uerum illa intererit, hic oritur: ſed corpus, ſi quid augeatur.*

augeatur. At hoc quoq; fieri nequit. Nã ea seruare oportet, quæ ei quod accrescit, decrescitue, ratione competũt. Hæc autem tria sunt. quorum primum est, magnitudinis quæ accrescit, partem quamlibet maiorem effici, uerbi gratia, si caro carnis. Alterum, accedente quopiam. Tertium, seruato pariter atq; manente eo quod accretionem subit. Nam, cùm quippiam simpliciter, absoluteq; gignitur aut interit, non permanet. At cùm alteratur, aut accrescit decrescitue, quod alteratur aut incrementa suscipit, id permanet. uerum illic affectio, hic magnitudo eadem non manet. Quod si mutatio illa, quam diximus, esset accretio, contingeret profecto quippiam nulla re accedente permanentue accrescere, nullaq; abeunte decrescere, & id non manere, quod suscipit accretionẽ. At hoc, seruare oportet. quippe, cum accretio talis esse supponatur.

ANT. Tex. c. 33.

Sed nec sic contingit fieri ac generari dicere augmentationem & diminutionem, vt quãdo ex aqua aer: tunc enim maior moles genarata est. non enim augmentatio hæc, sed generatio quidem eius in quod transmutatur erit, corruptio autem contrarij, augmentatio autem neutrius. Sed aut nullius, aut, si aliquod commune amborum existit, eius quod generatur, & eius quod corrũpitur, verbi gratia si corpus. aqua autem non aucta est, neq; aer: sed hoc quidem deperijt, hoc autem generatum est: corpus autem siquidẽ id ad auctum est. Sed & hoc impossibile. Oportet autem saluare rationem & existentiam eiꝰ quod augetur & diminuitur. Hæc autem tria sunt. quorum Vnum est quamcũq; partem maiorẽ esse eius quod augetur magnitudinis, verbi gratia si caro, carnis. Et aduenientе aliquo. Et tertium, vt saluetur & permaneat id quod augetur. Cùm.n. generat aliquid simpliciter & corrumpitur non manet idem. quod autem augetur aut alteratur, aut minuitur manet idem. Sed tamen hic quidem passio, hic aũt magnitudo non manet eadem. Si itaq; erit illic ꝑdicta augmẽtatio, continget nullo aduenientе neq; manẽte augeri, & nullo recedente diminui, & non manere quod augetur: sed oportet hoc saluare: subiecta.n. est augmentatio talis.

Hęc tria sũt augmento necessaria.

Excludit quandam obiectionem. Posset enim aliquis dicere, ꝓ augmentum fit nullo alio apposito, sicut, qñ ex aqua generatur aer, videtur esse quoddam augmentum: quia fit maior quantitas. sed per hunc modum non cõtingit fieri augmentum seu diminutio: talis enim transmutatio nõ est augmentũ, sed est generatio eius, in quod transmutatur, s. aeris, & corruptio eius quod transmutatur, s. aquæ contrarietate calidi & frigidi. Nõ autem potest dici augmentatio neq; aeris, neq; aquæ, sed nec vllius est augmentatio. vel erit augmẽtatio illius, quod est cõe vtriq;: si tamen aliquid sit tale, sicut corpus videtur esse aeri & aquæ commune, vt dicatur ꝓ aqua non est augmentata, neq; aer: quia aqua corrupta est, & aer generatus: sed corpus est quod augetur, si aliquid ibi augmentatum est: sed hoc est impossibile. Oportet enim ad hoc ꝓ aliquid dicatur augeri ꝓ saluentur ea, quæ sunt de ratione eius, quod augetur & diminuitur: quæ quidem sunt tria. Quorum primum est, & supra positum est, s. ꝓ quælibet pars magnitudinis, quæ augetur, fiat maior, puta si caro augetur, ꝓ quælibet pars carnis sit maior. Secũdum etiam supra positum est, s. ꝓ aliquo aduenientе aliqd augetur. Tertiũ autem est, qd, s. nũc ponitur de nouo, vt, s. id quod augeꝰ conseruetur & permaneat in suo esse. Quia enim generatio & corruptio sunt transmutationes circa substantiam: cum simpliciter aliquid generatur vel corrumpitur non permanet eius substãtia, puta circa qualitatem, aut quantitatem. & ideo, cùm aliquid alteratur seu augetur vel diminuitur manet idem numero �means substantiã. Sed hic quidem, s. in alteratione, non manet eadem passio: sed in augmento & diminutione non manet eadem magnitudo, sed fit maior vel minor. Si ergo prædicta transmutatio, qua ex aqua fit aer, esset augmentatio, sequerentur duo cõtraria prædictis positionibus. Quorum vnum est, ꝓ aliquid augeretur nullo alio aduenientе, & diminueretur nihilo recedente. Aliud autẽ est, ꝓ id, quod augetur non maneret, neq; aqua, neq; corpus, quod videtur esse commune, manet idem numero. Vnde etiam signanter supra dixit, si aliquid est cõe, quia, s. nihil actu ens idem numero existens ꝓm substantiam, est cõe ei quod corrumpitur & generatur. Oportet autem prædictas positiones saluare in omni eo quod augetur. hoc enim supponitur quasi principium: ꝓ augmentatio sit talis trasmutatio qualis supradicta est. Sed videtur nihil prohibere aliqd augeri nullo aduenientе, probat enim Philosophus in Quarto Phy. ꝓ sicut aliquid fit albius non super addito alio albo, sed ꝑ intensionem albedinis præexistentis, in quantum, s. subiectum reducitur in actum perfectioris albedinis: ita etiam potest fieri aliquid maius absq; additione alicuius corporis magnitudinem habentis, per hoc, quod materia, quæ prius erat sub paruis dimensionibus, postea fit facta sub maioribus. Nam idem est subiectum magnitudini & paruitati, sicut & albi & nigri. & hoc manifeste apparet in rarefactione. Rarefactio autem contingit non solum transmutata specie, puta cum ex aqua generat aer de quo hic loquitur Arist. sed etiam eadem specie manente, sicut si aer rarefiat vel condensetur. Dicẽdum est autem ꝓ talis transmutatio non potest proprie dici augmentum, sed alteratio. fit enim ꝓm transmutationem passibilium qualitatum, s. rari & densi. variatio autẽ qualitatis aut quantitatis se habet ex consequenti. Sicut ex motu, qui est ꝓm locum variatur motus ꝓm dextrum vel sinistrum: nõ tñ dicitur motus ꝓm situm, quia variatio situs cõsequenter se habet ad variationem loci. Deinde cùm dicit.

Qñ ex aqua fit, aer nõ ẽ augmentũ, sed generationem cõsequitur rarefactio.

Tria sunt in augmento attendẽda.

Alteratio aũt & augmẽtatio sũt transmutatiões circa accẽtia.

Dubium. Tex. c. 84. 8. Phy. 55.

Solutio. Rarefactio non est augmentũ sed alteratio.

Sed quæret aliquis, quid est quod accrescit, utrum id cui nõnihil additur? uerbi causa si quid crus augeat, crus ne maius euadit, quod autem incrementum præstat, ipsum, inquam, alimentum, minime? Sed cur non ambo incrementa suscipiunt? Nam tam quod additur quam cui additio fit, maius reddi assolet, haud secus atq; cũ aquæ uinum miscueris: pari enim ratione utrunq; maius est.

VATAB.

Quæret autẽ aliquis: & quid est quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid, aut quod apponitur. ver. g. si crus quod augetur hoc fit maius, quod aũt auget, cibus nõ. Quare igitur nõ ambo aucta sunt? Maius enim quod apponit & cui. quemadmodum & quando miscens vinum aquæ: similiter enim maius vtrunq;.

ANT. Tex. c. 34.

Mouet autem aliam quæstionem. & primo proponit eam, secundo soluit eam. ibi {Aut qm huiusmodi.} Dicit ergo primo, ꝓ, cum augmentum fiat aliquo superadito, remanet quæstio, quod est id quod augetur: vtrum, s. id, cui apponitur, aut quod apponitur: vel potius augeꝰ vtrunq;. Verbi gratia, cruri alicuius animalis apponitur aliquid, s. cibus: vtrum ergo crus augetur & fit maius, cibus autem, qui apponitur vel additur, nõ augetur, sed augetur: quare ergo ambo nõ augmẽtata sunt: vtrunq; enim non

Alia q̃stio.

non fit maius: sed id quod apponitur non, & id cui apponitur sic: & sicut quando vinum miscetur aquæ videtur vtrunq; augeri: quia vtrunque fit maius eodem modo.

Deinde cùm dicit.

VATAB.

An quia huius substãtia maneat, illius uero, puta cibi, haud quaquam. Quando & illic quoq; quod euincit ac superat in ipsa mistione augeri dicitur, ceu uinum. nam uniuersa mistura uini, non aquæ, functionem exercet. In alteratione quoq; similiter si caro & substantia ipsa maneat, eorum uero affectuum, qui per se competunt quispiam insit, qui prius non inerat, hoc sanè alteratum est. Id autem, quo alteratum est, interdum nihil patitur, interdum & illud quoq; pati solet. Verum quod alterat, atq; motus principium, in eo est quod alteratẽ & eo quod accrescit. quod enim mouet, in hisce est. Quandoquidem & quod ingeri solet, fieri aliquando maius potest, & corpus quod eo finitur. ut si quod ingeritur, spiritus fiat. uerum cum hoc patitur, corrumpi solet, nec in eo est id quod mouendi uim obtinet.

ANT.

Aut quoniam quidem huius substantia manet, huius autem non, ver. g. cibi. quoniam dominãs dicitur in mistione, vt vinum. facit enim vini opus, sed nõ aquæ, vniuersa mistura. Similiter & in alteratione, si manet caro ens, & quod aliquid est, passio autem aliqua q̃ inest per se, quæ prius non inerat, alteratum est hoc. Quo autem alteratum est, hoc quandoq; quidem nihil passum est, neq; alterata est substantia, quandoq; autem & illud. Sed alterãs, et principium motus in eo quod augmentatur & alteratur. in his enim est mouens. quoniam & ingrediens generatur vtiq; magis, & accipiens illud corpus, verbi gratia, si ingrediens fiat vtiq; spiritus, oportet corruptum esse hoc patiens, & mouens non est in hoc.

Solutio.

Soluit quæstionem per id, quod supra positum est, s. ꝓ oportet id quod augetur manere ꝓm substãtiam. Ideo ergo vinum dicitur augeri & non aliud, quoniã huius quidem, s. cui additur, puta cruris, manet substãtia: huius autem, s. quod additur, puta cibi, nõ manet: conuertitur. n. in substantiam eius quod nutritur & augetur. Et, quia in obiectione fiebat mentio de mistione, ostendit etiã in mistione simile esse. nam id, cuius substantia manet, dicitur esse dominans in mistione, sicut dicitur esse vinum, quando parũ de aqua admiscetur multo vino. & hoc apparet ex propria operatione, quæ est euidẽs signum speciei. tota enim mistura facit operationem uini, s. calefaciendo & confortando, non autem facit opus aquę. Et simile est de alteratione. qa, si permanet caro, & quod aliqd est, i. quiditas seu species eius: aliqua autem passio de numero per se accidentium aduenиat, quæ prius non erat, id quod permanet, dicitur alteratum. & similiter oportet id quod augetur permanere. Id autem, quo aliquid alteratur, s. alterans, quandoq; in nullo transmutatũ est, neq; ꝓm passionem, neq; ꝓm substantiã, sicut cõtingit in his, quæ agũt, & non patiuntur. sicut corpora cœlestia. quandoq; vero & ipsum alterans patitur & transmutatur, sicut in corporibus inferioribus, quæ agunt & patiũtur adinuicem, vt infra patebit. Sed in motu augmenti virtus alterans, & q̃ est principium motus se habet ex parte augmẽtati: quod tamen ira alterat, ꝓ etiam alteratur. in his enim, quæ augentur, est principium motus augmenti, s. ad alterandum & conuertendum cibum, qui additur: quia, si hoc non esset, cibus ingrediens corpus, sic magis generaretur, & acciperet ad suam naturam id corpus cum ingrederetur. Puta cùm spiritus, i. ventus seu aer ingreditur vẽtrem, & facit eum maiorẽ. Vel spiritus, i. anima ingreditur corpus, & conformat ipsum sibi. sed nõ est ita: quinimmo cibus ingrediens corpus patiendo à corpore animalis corrumpitur conuersum in corpus animalis, & principium mutationis non est in hoc quod additur, sed in eo cui additur.

α, c. 43.

LECTIO. XV.

Propositis solutionis rectæ conditionibus, illa dissoluitur dubitatio, an secundum quamlibet partem eius quod augetur, contingat ipsum augmentum fieri nec ne.

VATAB.

Cùm autem de hisce sit abunde addubitatum, dubitationis solutionem inuenire enitamur oportet, illud seruantes, permanente, inquam, eo quod augetur, atq; aduenientе aliquo fieri accretionem, & abeũte decretionem. Et insuper, quoduis sensibile signũ maius minusue reddi, & neq; corpus esse inane, neq; eodẽ in loco duas esse magnitudines, neq; incorporea re quicquam augeri.

ANT. Tex. c. 35.

Quoniam autem de his quæsitum est sufficienter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire, saluantes manere id quod augetur, & aduenientе aliquo augeri, recedẽte autem diminui. Adhuc autem, quod cunq; signum sensatum, aut maius, aut minus generatum esse: & non vacuum esse corpus, neq; duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri.

Postquam Philosophus mouit dubitationẽ de eo, quo aliquid augetur: & soluit dubitationem interpositam, hic accedit ad soluendum dubitationem principalem. Et primo soluit dubitationem. Secundo ostendit dubitatione remota, quomodo fiat augmentum. ibi {Maius autẽ totum.} Circa primum duo facit. Primo ostẽdit qualis debeat esse solutio. Secundo ponit solutionẽ. ibi {Suscipiendum.} Oportet autẽ ꝓ vera solutio includat omnia quæ sunt de ratione rei, & omnia ꝑ possibilia excludat. & ideo primo ostendit quomodo intẽdit saluare omnia quę sunt de ratione augmenti: & dicit, ꝓ, quia sufficienter quę sitũ est de prædictis, oportet tentare, i. ad hoc conatum apponere, vt inueniatur talis solutio quæstionis, qua saluẽtur tria, quæ supradicta sunt de ratione augmenti, quorum Primum est, ꝓ id, quod augeꝰ permanea t: Secundũ est, ꝓ augmentũ fiat aduenientе aliquo, & diminutio aliquo recedẽte: Tertium est, ꝓ quodlibet signum sensatũ, i. quęlibet pars sensibilis eius quod augetur fiat maior in augmento, aut minor in diminutione. Secũdo ostendit qũo intendit tria impossibilia vitare. Primo quidẽ, vt non ponamus corpus quod augetur esse vacuũ. Secundo, vt nõ ponamꝰ duas magnitudines, vel duo corpora esse simul. Tertio, vt non ponamus augmentum fieri per additionẽ alicuius incorporei. videtur enim suppositis prædictis suppositionibus alterum horum inconuenientium ex necessitate sequi. Si enim augetur quælibet pars eius quod augetur: & nihil augetur nisi aduenientе aliquo: oportet quòd cuilibet parti eius quod augetur aliquid aduenиat. si ergo id, quod aduenit, non est incorporeũ: oportet duo corpora esse simul, nisi ponatur corpꝰ quod augetur esse vacuum. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 38. Rectũ ẽ sui iudex, atq; obliqui. Duo facere oportet soluentẽ difficultatẽ aliquam.

Sumenda autem erit causa uno quidem prius à nobis definito, dissimilaria, inquã augeri, cum similaria accrescunt, ex his enim quodq; componitur. Deinde carnem, & os, & id genus partium quamq; perinde atq; cæterarum, quæ formam habẽt in materia, duplicem esse. nam materies atq; forma, caro dicitur aut os.

VATAB.

Suscipiendum igitur causam, sed si primum

ANT.

quædam

quædam conſtituerimus, quorum vnum eſt, ꝙ anhomiomera augentur, cum homiora augentur: componitur enim ex his vnũquodq;. Deinde ꝙ caro, & os, & vnaquæq; talium partium, eſt duplex, quemadmodum & aliorum in materia ſpeciem habentium. Etenim materia dicitur, & ſpecies, caro aut os.

Caro & os ē duplex.

Soluit dubitationem: & primo præmittit quædam neceſſaria ad quæſtionis ſolutionem, ſecundo ponit ſolutionem. ibi{Qualemcunq; igitur partem.} Circa primum proponit duo. circa quorum primum dicit, ꝙ oportet ſuſcipere cauſam, per quam & prædicta ſoluãtur, & inconuenientia vitentur: ita tamen, ꝙ determinemus quædam prius. quorum Vnum eſt ꝙ anhomeomera, i. mẽbra diſſimilium partium, puta manus aut pes & ſimilia, augent̃ per hoc, ꝙ partes augentur: quas homiomera uocat, ſicut ſunt caro, & os & hmõi. Et huius ratiõe aſſignat, quia vnumquodq; membrum diſſimilium partium augetur ex his quæ ſunt ſimilium, ſicut man⁹ ex carne, & oſſe, & neruo: & ideo oportet ꝙ per augmentum partium augeatur totum. Secundo ponit, ꝙ caro & os & vnaquæq; talium partium, quę primum dicit augeri, eſt duplex: ſicut contingit in omnibus quæ habent ſpeciem in materia. nã caro vel os põt dici vel vt materia carnis, vel vt ſpecies carnis. Hoc quidam intellexerunt ſic, ꝙ aliqua caro ſignata eſt: quæ eſt ſm materiam, & alia, quæ eſt ſm ſpeciem. Dicunt enim ꝙ caro vel os vel quicquid eſt hmõi dicitur eſſe ſm ſpeciem, ex eò ꝙ eſt generatum ex primo humido ſeminali, in quo primo fuit virtus ſpeciei. Caro autem ſm materiam dicitur, ex eò ꝙ generatur ex humido nutrimentali: quod quidẽ aduenit primo humido ſubſtantiali, ſicut materia quædam eius: prout primũ humidum extenditur per alia membra, admiſto ſibi ſecundo humido, ad hoc vt compleatur quantitas rei viuentis & omnium partium eius. Et hæc fuit opinio Alexandri, vt dicit Auic. in expoſitione huius loci: quem plures poſtmodum ſecuti ſunt. Sed hoc non poteſt ſtare cum verbis Ariſt. quæ hic dicuntur. Dicit enim ꝙ caro, & os, & vnaquaq; talium, eſt duplex, ſ. ſm materiam, & ſpeciem: quẽadmodum aliorum in materia ſpeciem habẽtium. Manifeſtum eſt autem ꝙ ſpeciem in materia habent nõ ſolum iſta quæ generantur ex ſemine, & quæ nutriuntur, in quibus prædictus intellectus poſſet aliqualiter ſuſtineri, ſed etiam corpora inanimata, ſicut ſunt lapides, aurũ, & argentũ. Vult ergo Ariſt. ꝙ in carne & oſſe dicitur ſpecies & materia, ſicut in lapide & auro: in quibus non eſt humidum ſubſtantiale & nutrimentale. et ideo dicendum eſt ſm intententionem Ariſt. ꝙ eadem caro dicitur ſm ſpeciem, prout in ea conſyderatur id quod pertinet ad ſpeciẽ carnis: & ſm materiam, prout in ea cõſyderatur id quod eſt materiæ: & eadem ratio eſt de omnibus alijs compoſitis ex materia & forma. Deinde cùm dicit.

Expõ Aleẽ Auer. c. 38.
Impugnatio.
Expoſitio propria.

VATAB. *Partem igitur quamlibet augeri, & accedẽte aliquo, ſecundum formam quidem eſt poſſibile, at ſecũdum materiam, haudquaquam.*

ANT. Quamlibet igitur partem augmentari, & adueniente aliquo ſm quidem ſpeciem eſt contingens, ſecundum autem materiam non eſt.

Tex. c. 36. Tex. c. 37. Quõ q̃libet pars aucti augeatur.

Ponit ſolutionem. & primo ponit eam, ſecundo manifeſtat per exemplum. ibi{Oportet autem intelligere.} Tertio cõcludit epilogando ſummã ſolutionis. ibi{Quapropter eſt quidem.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc quod ſupra dictum eſt, ꝙ quælibet pars augetur eius quod augetur, & ꝙ vnumquodq; augeatur adueniente aliquo, eſt verum, ſi accipiatur pars ſm ſpeciem. nam cuilibet parti ſm ſpeciem conſyderatæ additur aliquid tanquã permanenti, & ita quælibet pars ſm ſpeciem conſyderata auge-

E tur, non autem cuilibet parti ſm materiam conſyderatę fit additio: ſed non quælibet pars ſecundum materiã conſyderata augetur. Dictum enim eſt ꝙ id quod augetur, oportet permanere, non autem permanet quælibet pars ſecundum materiam conſyderata, ſed ſolum ſecundum ſpeciem. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Intelligere autem perinde oportet, atq; ſi quis aquam mẽſura eadem metiatur. quod enim fit, aliud atq; aliud ſemper eſt. Ad hunc itaq; modum & carnis materies augetur, & non cuiuis parti eius quippiam additur, ſed alia dilabitur, alia accedit. At cuiuis figuræ ac formæ parti, fit acceſſio.*

ANT. Tex. c. 36. Oportet autem intelligere quemadmodum ſi aliquis menſurabit eadem menſura aquam. Semper enim aliud & aliud quod generatur. F ſic vtiq; augmentatur materia carnis, ſed non partium cuiq; aliquid aggenerat̃. ſed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit. Formę autem, & cuicunq; ſpeciei particulæ.

Tex. c. 37.

Manifeſtat ſolutionem propoſitã per exempla. & primo ponit manifeſtationẽ, ſecundo oſtẽdit in quibus partibus dicta ſolutio ſit magis manifeſta. ibi{In anhomeomeris.} Dicit ergo primo, ꝙ oportet intelligere quod dictum eſt de carne ſm ſpeciem & ſm materiam, ſi quis menſuret aquam eadem menſura, ita tamen ꝙ ſemper ſit alia & alia aqua. puta, ſi ex vaſe pleno aqua, guttatim aq̃ effluat, & guttatim ſemper infundatur: erit enim ſemper idem quantum ad menſurã aquæ, non tamen quo ad materiam aquæ. Sic autem comparatur ſpecies ad materiã, ſicut menſura ad menſuratum, eò ꝙ forma eſt finis materiæ, vt dicitur in Secũdo Phy. Sic enim oportet intelligere G ꝙ ſpecies carnis permaneat eadem tanq̃ menſura quædam: non tamen ſemper permaneat eadẽ materia, in qua talis ſpecies ſuſcipitur. Eſt etiam ſimile de fluuio, qui ſemper manet idem quantum ad ſpeciem fluuij, materialis tamen aqua ſemper eſt alia & alia. Simile eſt etiam in igne, cuius ſpecies & figura ſemper manet, ſed ligna, in quibus materialiter ignis ardet, conſumuntur, & alia apponunt̃. Idem etiam apparet in populo ciuitatis, qui ſemp manet idem ſm id quod eſt ſpeciei, quamuis hominum, ex quibus conſtituitur populus, quidam moriantur, et quidam ſuccedant. & ſemper permanet id quod pertinet ad ſpeciẽ carnis, licet materia, in qua fundatur talis ſpecies, paulatim conſumatur per actionem caloris, et alia de nouo adueniat per nutrimentum. Sic ergo, qñ aliquod corpus augetur, augmentatur quidem materia carnis: quia plus generatur per nutrimentum q̃ perdatur per actionem calori: & ita multiplicata materia, vis augmẽtatiua, quę pertinet ad ſpeciem, excedit proportionabiliter totam materiam in maiorem quantitatem. Non tamẽ ita augmentat̃ H materia carnis, ꝙ cuilibet parti materiæ aliquid addatur: quia neq; quælibet pars materiæ manet, ſed quædam defluit conſumpta, ſ. per calorem, & quædam aduenit reſtituta, ſ. per nutrimentum, & ita non oportet incorporeã eſſe, neq; eſſe corporeã omnino ſimul, neq; corp⁹ quod augetur eſſe vacuum: quia non minus fuit id quod reſtituit̃ per alimentum, q̃ id quod fuit per calorem cõſumptum. virtus enim caloris naturalis, quæ pertinet ad ſpeciem, reſtituit id quod aduenit in locum eius quod perijt. Si autem fuerit plus quod ex alimento generatũ eſt, virtus naturalis extendit id in maiorem quantitatem ſm aliquam dimenſionem, et ita occupat maiorem locum. Sed, qa ſpecies ſemper manet, neceſſe eſt dicere, ꝙ cuilibet parti formæ vel ſpeciei aliquid aduenit, & quælibet augeat̃. Neq; propter hoc ſequitur duo corpora eſſe in eodem loco: qa formæ & ſpeciei non debetur locus niſi ratione materiæ, in qua fundatur, quæ eſt proprie ſubiectum quãtitatis dimenſiuæ.

Notabile. Tex. c. 23.
Lege de luuen. & Sen. Lectio. 4.
Soluit obiectionẽ Ari. ſupra, tex. com. 32.

Digre. contra expoſitioné Ale.

menſiuæ. ſi autem intelligatur caro ſm ſpeciem, quæ eſt generata ex humido ſubſtãtiali, caro autem ſm materiã, quæ eſt generata ex humido nutrimentali vt Alexan. poſuit, videtur hoc verbum Ariſt. ſ. ꝙ caro ſm materiã defluit & adueniat, non autem caro ſm ſpeciem, magis eſſe dictum probabiliter q̃ ſm aliquam neceſſariam rationẽ, cum non neceſſe ſit vtrumq; humidum in vnam maſſam adiungi ad perficiendum quantitatem totius corporis, & omnium partium eius. nec poteſt ex neceſſitate probari ꝙ calor ita conſumat vnum, altero permanente ſemper. Non eſt autem credibile, ꝙ Ariſt. in tali re aliquid ſine ratione neceſſaria dixiſſet, vt Auer. dicit in expoſitione huius loci. Deinde cùm dicit.

Cõmẽ. 38.

VATAB. *Id autem magis cõſtat in hiſce, quæ diſſimilium ſunt partium, ut in manu, ꝙ iuxta proportionis rationem aucta ſit. quandoquidem materies, cùm diuerſa eſt, facilius dignoſcitur hic q̃ in carne, & hiſce quæ ſimiliũ ſunt partium. iccirco, & cùm mortuum eſt quippiam, magis adhuc caro & os, q̃ manus & brachium eſſe uidetur.*

ANT. Tex. c. 37. In anhomęomeris autem hoc magis manifeſtum, verbi gratia in manu, quoniã proportionaliter auctum eſt. materia enim alia ens à ſpecie manifeſta magis ẽ hic, quàm in carne & homæomeris. ideo & mortui magis videtur eſſe caro & os, quàm brachium & manus.

Oſtẽdit in quibus partibus prædicta ſolutio ſit magis manifeſta. & dicit, ꝙ id quod dictum eſt, magis eſt manifeſtum in anhomeomeris, i. membris diſſimilium partiũ, puta manu, quã videmus proportionabiliter augeri, Proportionabiliter autem augetur tota manus, & quilibet digitus, & etiam quilibet articulus. et hoc ideo, quia magis manifeſta eſt diſtinctio ſpeciei & materiæ in hmõi membris q̃ in carne, & oſſe, & alijs membris ſimilibus. Quanto enim ſunt ꝓpinquiora toti, tanto plenius recipiunt perfectionem formæ: quæ principaliter eſt act⁹ totius. vnde & operationes animæ magis manifeſtæ ſunt in diſſimilibus membris, q̃ in partibus ſimilibus. Et ideo licet poſt mortem, per quam ſeparatur anima à corpore, non ſolũ non remaneat animal, ſed etiam nulla pars animalis, niſi æquiuoce, vt dicitur in Secundo de Anima: tamen videtur, ꝙ magis poſt mortẽ animalis remaneat caro aut os, q̃ manus aut brachium: in quibus magis apparent operationes animæ. Deinde cùm dicit.

Lege finem quarti libri Meteorologicorũ, quẽ de miſ… nuncupant.
Tex. c. 8.

VATAB. *Quare, partim auget̃ carnis quælibet particula, partim non auget̃. Nam ſecundũ formam quidẽ, cuiuis parti quippiã adiungit̃, ſecundũ materiã uero, haudquaquã.*

ANT. Quapropter eſt quidem ſic quantumcunq; carnis auctum, eſt autẽ vt non. Secundum ſpeciem. n. cuicunq; aduenit, ſm materiam aũt nõ.

Concludit epilogando ſummam ſolutionis, ſcilicet ꝙ quodammodo quælibet pars carnis eſt aucta, ſcilicet accipiendo carnem, ſecũdum ſpeciem: & quodãmodo nõ, ſcilicet accipiendo carnem, ſecundum materiam.

LECTIO. XVI.

Quomodo id quod aduenit, ei, quod augetur Comparetur: & quomodo augmẽtum ab ipſa generatione Differat, vel cum illa Conueniat.

VATAB. *Totum tamen maius euadit accedente quopiã, quod nutrimentum, atq; contrarium nominatur, & in eãdem formam tranſeunte. ut ſi humidum ſicco accedat, & cum iam acceſſerit, mutationem ſubeat, fiatq; ſiccum. Nam partim ſimile ſimili, partim diſſimile diſſimili accreſcit.*

ANT. Tex. c. 38. MAius autem totum generatum eſt adueniente aliquo, quod vocat̃ cibus, & contrarium tranſmutato in eandem ſpeciem. v. g. A ſi ſicco adueniat humidum. cùm enim aduenerit tranſmutatur humidum & generatur ſiccum. Eſt enim ut partim ſimile à ſimili augmẽtetur, eſt autem partim à diſſimili.

Augmentũ quodammodo eſt à ſili, quodãmõ autem à diſſimili.

Tex. c. 41.

Solutis dubitationibus, quæ erãt circa augmentũ, hic Philoſophus determinat modum augmenti. Et primo determinat qualiter fiat augmentum. Secundo determinat qualiter fiat diminutio. ibi{Hæc autem ſpecies ſine materia.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſe habet id quod aduenit, ad id quod auget̃, eo adueniente. Secundo comparat augmentũ alijs operationibus animæ vegetabilis. ibi{Quæret autem aliquis.} Dicit ergo primo, ꝙ ſoluta quæſtione de partibus eius quod augetur, vtrum quælibet pars augmentatur vel non, manifeſtum eſt ꝙ totum maius eſt aliquo adueniente, puta cibo. hoc enim adueniens in principio eſt cõtrarium ei, cui aduenit ſm aliquam contrarietatẽ paſſionum: ſed poſtea B tranſmutatur in eãdem ſpeciẽ, puta, ſi ſicco adueniat id, quod eſt à principio humidum, quod cum aduenerit trãſmutatur, & fit ſiccum. Et ita quodammodo verum eſt dicere, ꝙ ſimile augetur ſimili, quodammodo autem verũ eſt dicere ꝙ aliquid augetur à diſſimili. nam id, quod augetur, in principio quidem eſt diſſimile, in fine autẽ ſimile, vt dictum eſt. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 39.

VATAB. *Dubitauerit autem quiiſpam, quale id eſſe oporteat, quo quid augetur. Palã itaq; eſt, hoc, potẽtia illud quod augetur eſſe oportere. ut ſi caro accretionẽ ſubeat, id quo illa accreſcit potentia carnem eſſe, actu antẽ aliud. quod ſanè ubi corrumpitur, caro fieri ſolet.*

ANT. Tex. c. 39. Quęret aũt aliqs, quale oportet eẽ id, ex quo augetur. Manifeſtum vtiq;, qm̃ potentia eſt illud. v. g. ſi caro potentia carnem, actu aũt aliud. Corruptũ vtiq; hoc, caro generatum eſt.

C Cumparat augmentum alijs operationibus animæ vegetabilis, cuius operationes ſunt tres, vt dicitur in Secundo de Anima, ſ. generatio, nutrimentum, & augmẽtum. Primo comparat augmentum generationi, ſecũdo nutrimento. ibi{Quantum autẽ quod vniuerſale.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ſimilitudinem augmenti & generationis, ſecundo differentiam ibi.{Non igit̃ hoc ipſum.} Mouet igitur quęſtionem circa primum quale oporteat eſſe id, i. cuius formæ eſt id quo augetur. & concludit manifeſtum eſſe ex pręmiſſis, ꝙ id, quo aliquid augetur, eſt in potentia ad id quod augetur. Puta, ſi caro eſt quod augetur, id, quo auget̃, oportet eſſe in potentia carnem. Quia, ſicut ſupra dictum ẽ, id, quo aliquid augetur, eſt in principio diſſimile, in fine autem ſimile: &, quia nihil eſt in potentia ad vnum, quin ſit in actu aliquid aliud, oportet id, quo augetur caro, quod eſt in potentia ad carnem, eſſe actu aliquid aliud q̃ carnem, puta panis: quod D autem eſt actu aliquid, non fit aliud niſi per prioris corruptionem & ſequentis. oportet igit̃ augmentum fieri corrupto eò, quod pri⁹ erat actu, puta pane, genito eo quod auget̃, puta carne. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ in augmento concurrit generatio aliqualiter. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 34. & 50.
Tex. c. 40.

Non igitur ipſum per ſe, ſolumq; eſt. nam alioqui, generatio eſſet, nõ accretio. ſed id quod augetur cum eo eſt. Qualiter igitur hoc affecto, illud augeri ſolet? An miſto, haud ſecus atq; ſi quis uino aquam infundat, & idem id quod ammiſtum eſt efficere uinum poſſit. An ſicut ignis tactum cremabile adurit, ſic & id, cui agendi facultas delegata eſt in eo exiſtens quod accreſcit, quodq; actu caro eſt, quod acceſſit è potentia carne, actu carnem facere cõſueuit? Illo igitur ſimul exiſtente, idipſum accidit. quoniã ſi ſeorſum eſſet, generatio ſanè foret. nam ignem ad hunc

facere

facere modum contingit, videlicet iniectis in eum, qui iã eſt, lignis, uerum ita quidem, accretio eſt: at, cum ligna ipſa incenduntur, generatio.

ANT. Nõ igitur hoc ipſum ſm ſe. Generatio enim eſſet non augmentatio. ſed quod augetur hoc. Quod igitur & ab hoc eſt patiens auctũ eſt, aut miſtum. queadmodum ſi quis vino ſuperinfundat aquam, hoc aũt poteſt vinum facere quod miſtum eſt. Et queadmodũ ignis facit cum ea, quę vri poſſunt, contigerit, ita in eo quod augetur, & eſt actu caro, quod in eſt augmentatiuũ, adueniente id, quod eſt potẽtia caro, facit actu carnem. Igitur ſimul exiſtit. ſi enim ſeorſum, generatio eſt. Eſt enim ita ignem facere ad exiſtẽtem adiungentes ligna. ſed ſic quidem eſt augmentatio: quãdo autem ipſa ligna per ſe incenduntur, generatio eſt.

Dr̃ia inter augmẽtum & gene. Oſtendit differentiã augmenti & generationis, dicẽs, * ꝙ in augmẽto fit quædam generatio carnis, cũm aliud ſit augmentatio à generatione: ſequitur ꝙ non generetur ſm ſeipſum. i. ſeparatim, quando aliquid generatur: quia ſic non eſſet augmẽtum, ſed generatio. ſed oportet generari carnem in carnem, quę augetur. Sic igitur propter id quod caro in eo quod augeť eſt patiens, in eo. ſ. quod trãſmutatur in ſimilitudinem ei⁹ quod augetur, & ab hoc, ſ. paſſo & tranſmutato augmentatum eſt, vel id, cui additũ, vel totum miſtum. Et eſt ſimile, ſicut ſi aliquis vino præexiſtenti ſuperinfundat aquam hoc modo, ꝙ vinum ſua virtute poteſt aquam commiſtam conuertere in ſui naturam: tunc enim dicitur eſſe augmentum vini, non generatio. cũm autem liquor aliquis ſm ſe in vinum conuertiť, puta vua, eſt vini generatio. Aliud autem exemplum ponit de igne, qui adurit corpora vſtibilia ſibi coniuncta: & ita cõtingit in eo quod augetur, quod eſt actu caro, cuius virtus augmentatiua id quod adurit exiſtens in potentia ad carnem facit actu carnem: ita tamen ꝙ fit ſimul cũ carne præexiſtente. Si enim ex aliquo, quod eſt in potẽtia caro, ſeorſum fieret caro, eſſet generatio carnis, nõ augmentum. ſicut accidit cum ex virtute ſeminis, ſanguis menſtruus in carnem conuertitur. Et hoc etiam accidit circa ignem. contingit enim quandoq; ꝙ ligna igniũtur adiuncta igni præexiſtenti, & hoc eſt augmentatio ignis: quando vero ipſa ligna incenduntur ſeorſum, nõ adiũcta aliĳs lignis aduſtis, tunc eſt generatio.

LECTIO. XVII.

Id quod auget ei quod nutrit Comparatur: quomodo item Conueniant ac Differant augmentum & nutrimentum exponitur.

VATAB. *Quantitas autem uniuerſalis nulla fit, ſicuti nec animal, quod nec homo ſit, nec ſingularium aliquod. ſed ut hic uniuerſale, ſic & illic quantitas. Caro igitur & os & neruus & ſimilares partes, accedente quidem quanto aliquo, ſed non carne quanta, augeſcunt.*

ANT. Tex. c. 40. QVantum autem vniuerſale quidem non generatur: quemadmodum nec animal, nec homo, nec aliquid ſingularium: ſed vt hic vniuerſale, ita & illic quantum. Caro autem, aut os, aut manus, & horum homęomera, adueniente quidem aliquo quanto, ſed non carne quanta.

Poſtꝗ Philoſophus comparauit augmentum generationi, hic comparat augmentum alimento. & primo oſtẽdit quõ ſe habet id quod auget ad id quod nutrit, ſecundo quõ ſe habet augmentum ad nutrimẽtum. ibi {Et nutrimentum.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit qd ſit id quod augetur, i. ꝙ ſit quantum. & dicit, ꝙ quantum vniuerſale non generatur nec fit, ſicut animal vniuerſale, nec homo vniuerſalis, nec ſingularium, i. nec aliqua ſpecierum: puta nec leo vniuerſalis, nec bos vniuerſalis. Sed, ſicut in illis generať vniuerſale, ſ. in aliquo particulari, puta cũm generať hoc animal, aut hic homo, & illic, ſ. in augmento generatur quantum, nõ quidem in vniuerſali, ſed in aliquo determinato, ſicut cũm fit quanta caro, aut os, aut manus & his ſimilia. Secundo, ibi {Adueniente.} (Tex. c. 4[illegible]. Quãtũ vl[illegible] ñ generat[illegible])

Oſtendit quid ſit id quod auget. fit enim augmentũ adueniente aliquo, vt dictum eſt: ſed, ſi per augmentum fieret quantum in vniuerſali, oporteret id quod aduenit eſſe quantum in potentia, & nullo modo in actu. ſed quia non generatur quantum in vniuerſali, ſed hoc quantum, puta caro: oportet id qđ aduenit eſſe quidẽ aliqd in actu quantum, nõ aũt carnẽ quantã, ſed ſolũ in potẽtia. Tertio ibi.

F VATAB. *Quò igitur potentia ſimul utrunq; exiſtit, uidelicet caro quanta, hoc quidem auget. nam carnem quantam fieri oportet. Quò uero ſolum caro, hoc alit, hoc enim nutritio & accretio, ratione differunt.*

ANT. Tex. c. 41. Secundum id igitur ꝙ potẽtia vtrunq;. v. g. quanta caro ſic auget quidem. etenim quãtam oportet generari, & carnem: ſm id enim quod ſolum ſubſtantia caro, nutrit. Etenim ſic differunt cibus & augmentatio, ratione.

Concludit differentiam eius quod auget, & eius quod nutrit. & primo ponit dr̃iam dicens, ꝙ id, inquantum id quod aduenit, eſt in potentia ad vtrunq;: puta ad hoc ꝙ ſit quanta caro, vt. ſ. non ſolum ſit aptum recipere ſpeciẽ carnis, ſed etiam in maiorem quantitatẽ produci: per hoc enim auget. Ad hoc enim ꝙ ſit augmentum, oportet fieri & quantum, vt ſcilicet fiat maior quantitas: & carnẽ, G quia oportet id quod aduenit in finem aſſimilari, ut dictũ eſt. Inquantum vero id quod aduenit eſt in potentia ad hoc ꝙ ſit caro, ſecundum hoc nutrit. ſic enim differunt ſecundum rationem cibus & augmentatio. nam cibus nutriens eſt in potentia inquantum conuertitur in carnem, inquantum autem ſuſcipit maiorem quantitatem eſt augens. Deinde cũm dicit.

VATAB. *Quocirca quãdiu ſaluum manet animal, etiam ſi decretionem ſubeat, alitur, ſed non ſemper accreſcit.*

ANT. Ideo nutritur quis quouſq; ſaluatur, & diminuitur: augmentatur autem non ſemper.

Infert quoddam corollarium ex eo quod dictũ eſt, videlicet. ꝙ aliquis nutritur quouſq; ſaluatur, ideſt quãdiu conſeruatur in vita: quia ſemp oportet reſtitui per nutrimentum id quod cõtinue ſoluitur, ideſt id quod diminuitur oportet nutriri. Non autem ſemper animal augetur, ſed quandiu cibus conuerſus in carnem poteſt extendi in H maiorem quantitatem. Deinde cũm dicit. (Quandiu aĩal augeť.)

VATAB. *Atq; nutritio idem quod accretio exiſtit, ratio tamen eſt diuerſa. quò enim id, quod adiũgitur atq; additur potentia caro quanta eſt, hoc carnem augere poteſt: quò uero caro potentia ſolum, hoc nutrire.*

ANT. Et nutrimentum augmentationi idẽ eſt quidem, eſſe autem aliud. nam quatenus id quod aduenit potentia quanta caro, augmẽtatiuum carnis eſt: quatenus autem quod ſolum potentia caro, nutrimentum.

Oſtendit differentiam inter ipſum augmentum & nutrimentum. & dicit, ꝙ nutrimẽtum eſt idem quod ipſum augmẽtum, eſſe autem cum eis aliud: quaſi dicat ſunt idẽ ſubiecto, ſed differunt ratione. Inquantum enim id quod aduenit eſt in potentia ad vtrunq;, i. ad hoc ꝙ ſit quanta caro, ſecundum hoc eſt augmentum carnis: inquantum vero eſt in potentia ad hoc ſolum quòd ſit caro, ſecũdum hoc eſt nutrimentum, aut cibus, vt ſupra expoſitum eſt. Deinde cũm dicit. (Quod au[illegible] get & qd nu[illegible] trit ſunt idẽ re, ſed differunt rõne.)

VATAB. *Hoc autem, forma ſine materia eſt, ut tibia, potentia quædam in materia eſt. ſimiliter, & quoduis aliud inſtrumentum. Quod ſi materies aliqua accedat, quæ potentia ſit tibia, & potentia quantitatẽ habeat, hæ tibiæ maiores euadent. Sin uero nihil præterea agere poſſit, ſed res perinde habeat ut cum uino ſubinde plus aquæ immiſceatur, quæ tandem uinum aqueum reddit, facitq; aquam, tum quantitatis decretio fit, forma autem remanet.*

ANT. Hæc autem ſpecies ſine materia, vt immaterialis potẽtia aliqua, in materia eſt. Similiter autem & aliud quodcunq; organum. Si autem aduenerit aliqua materia, quæ ſit potentia immaterialis, habens, & quantum potentia, hæ erunt immateriales maiores. Si aũt amplius facere nõ poteſt: ſed vt aqua vino ſemp amplius miſta in fine aquaticum facit, & aquam, tunc diminutionem faciet quanti: ſpecies autem manet. (Tex. c. 42.)

Oſtendit quomodo fiat diminutio. Ad euidentiam autem horum, quæ hic dicuntur, conſyderandum eſt quòd virtus ſpeciei aliter ſe habet in rebus viuẽtibus, quæ proprie nutriuntur & augentur, & in rebus carentibus vita, quæ neq; nutriuntur neque augentur. Corpora enim viuentia mouent ſeipſa non ſolum ſecundum motum localem, ſed etiam ſecundum motum alterationis, puta cũm animal naturaliter ſanatur: & ſecundum motum augmẽtationis aut generationis, præſertim ſecundum quòd nutrimentum eſt generatio quædam, vt dictum eſt: inquantum ſcilicet & ſi non generetur caro ſecundum ſe, aggeneratur tamen carni præexiſtenti. Omne autem mouens ſe ipſum, vt probatum eſt in Octauo Phyſicorũ diuiditur in duo, quorum vnum eſt mouens, aliud vero motum. vnde oportet quòd in rei veritate ſit aliquid motũ, quod conuertitur in naturam ſpeciei, & aliquid mouens ſcilicet ipſa virtus ſpeciei conuertens. Et inde eſt quòd virtus ſpeciei in rebus viuentibus non determinat ſibi aliquam materiam ſignatam, cũ una pars effluat & alia adueniat, vt dictum eſt. Non poteſt tamen virtus ſpeciei eſſe abſq; omni materia, ſed in hac vel illa determinate, vt probať in Septimo Metaphiſicorum. In rebus tamen inanimatis nihil tale inuenitur: niſi forte, inquantum eſt in eis aliqua ſimilitudo augmenti & nutrimenti: puta in igne & vino per efficaciam virtutis actiuæ in eis, ſpeciei carnis vel cuiuſcunq; huiuſmodi in quamcunq;. Sic igitur virtus non determinat ſibi aliquam materiam ſignatam, ſed nũc ſaluatur in hac, nunc in illa. & eſt ſicut ſpecies immaterialis potentia, quantum ad hoc, quòd non determinat ſibi materiam ſignatam, eſt tamen in materia ſemper aliqua. Et eadem ratio eſt de quocũq; alio organo, puta de oſſe, aut neruo, aut quocunque huiuſmodi. Si ergo aduenerit aliqua materia, quæ ſit in potentia, non ſolum ad hanc ſpeciem, quæ quodammodo eſt immaterialis, ſed etiam eſt in potentia ad maiorem quantitatem, hæc etiã erunt maiores & immateriales, ideſt ipſe virtutes ſpeciei, quæ ſunt in carne, & oſſe & huiuſmodi, extenduntur in maiorem quantitatem. Sed hoc non ſemper poteſt fieri: quia virt⁹ ſpeciei debilitatur, cũm ſit in materia contrarietati ſubiecta, per continuam actionem & paſſionem, & per adiunctionem materiæ extraneæ, quæ non ita recipit uirtutem ſpeciei, ſicut prius erat. Quando ergo nõ hoc amplius virtus ſpeciei facere poteſt, vt ſcilicet tantum conuertat de nutrimento, quod ſit in potentia non ſolum ad ſpeciem, & ad maiorem quantitatem, ſed nec etiam ad æqualem, A tunc fit diminutio quantitatis: & tamen conſeruatur ſpecies in quantitate minori, & finaliter etiam ſpecies ceſſat: ſicut, ſi aqua magis & magis vino miſceatur, fiet vinum aquatum, & finaliter corrumpetur vinum, & fiet totaliter aqua.

LECTIO. XVIII.

De Tactu agẽdum eſſe proponitur: quodq; proprie, ac metaphorice acceptus ſit declaratur.

VATAB. *Cum autẽ de materia & hiſce, quæ nuncupantur elementa, primo dicere oporteat an ſint necne, & utrũ unũquodq; eorum ſempiternum ſit, an ortum ſubeat aliquo pacto, & ſi generentur, utrum ex ſeſe mutuo generenť eodem modo omnia, an inter ipſa unum aliquod primũ ſit, prius utiq; de hiſce diſſeramus neceſſe eſt, de quibus nunc dicitur indefinite.*

B ANT. Tex. c. 43. Sermo de tactu, actione paſſione & miſtiõe. QVoniam autem oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere, ſiue ſint, ſiue non: & vtrum ſempiternum vnũquodq;, an vero aliquo modo generetur, & ſi generatur vtrum ex inuicem generentur omnia eodem modo, an eorũ vnum primum ſit. Neceſſe eſt itaq; prius de his dicere, de quibus indeterminate dicitur nunc.

Poſtquam Philoſophus determinauit de generatione & corruptione in communi, & de aliĳs ſequentibus, ſcilicet de augmentatione & alteratione, incipit determinare de quibuſdam, quæ ad hæc requiruntur. Et primo dat intentionem ſuam, ſecundo proſequitur intentum. ibi {Ferè quidem.} Circa primum duo facit. Primo determinat intentionem ſuam, ſecundo oſtendit neceſſitatem ſuæ intentionis. ibi {Omnes enim qui elementa.} Dicit ergo (Tex. c. 44.) C primo, quòd, cũm oporteat dicere de materia, circa quã eſt tranſmutatio elementorum: & de ipſis elemẽtis ſecundum cõtrarietates, quæ ſunt in eis, vtrum ſcilicet ſint aut non, & vtrum vnum eorum ſit ſempiternum & intranſmutabile, ſicut ſupra dicit Empedocles, aut generantur: & ſi generantur qualiter generantur, vtrum ſcilicet generantur adinuicem, aut mouentur, aut eſt aliquod principium eorum, ex quo generantur, & in quod reſoluuntur, ſicut diuerſi dixerunt, vt Democritus atomos, Anaxagoras infinita ſecundum ſpeciem: quia, inquam, illa determinare debemus, oportet prius determinare de quibuſdã antecedentibus ad illa, de quibus dicitur indeterminate nunc. Quod quidem poteſt dupliciter intelligi. vno modo quòd Philoſophi ſui temporis indeterminate & inſufficienter dixerunt de ipſis. alio modo, quia de generatione indeterminate & confuſe dictum eſt de ipſis. Deinde cũm dicit. (Tex. c. 1.) (Primus modus huic loco magis quadrat.)

D VATAB. *Omnes enim, tam qui elementa ipſa, ꝗ qui ea quæ cõſtant ex elementis generant, ſegregatione & congregatione, atq; actione & paſſione utuntur. Eſt autem congregatio, miſtio. Sed quonam pacto quippiam miſceri dicatur, plane ac dilucide haudquaꝗ eſt definitum. At uero nec alterari quicquam, nec ſegregari congregariue, nullo patiente aut agente poteſt. Etenim qui plura faciunt elemẽta, actione & paſſione mutua, generationem fieri cenſent. quanquam ex uno facta omnia dicant neceſſe eſt. Atq; hoc recte quidem dicit Diogenes, niſi ex uno eſſent omnia, non poſſe uiciſſim agere & pati, ceu calidum frigefieri, & idem rurſum calefieri. nõ enim calor & frigus, in ſeſe mutuo tranſeunt, ſed ipſum, ut patet, ſubiectũ mutationem ſuſcipit. Quare, horum quibus actio competit*

unam esse subiectam materiam necesse est. Dicere igitur nniuuersa esse eiusmodi, non est uerum: sed ea quibus mutuo à sese pati, & agere insitum est. At uero si de actione passioneùe & de mistione contemplandum sit, & de tactu speculemur est necesse. Nam neq; agere & pati ea possunt proprie, quæ se mutuo tangere nequeũt: neq; fieri potest, ut misceantur quæ non quodam modo sese tangunt prius. Quare de hisce tribus, uidelicet quid tactus, quid mistio, & deniq; quid actio, determinandum uidet. Hinc autem sumatur initium. Nã ex entibus ea quibus mistio cõpetit esse apta ut sese muto tãgant, est necesse. atq; si qd agat & aliud patiatur proprie, simili itidem modo atq; illa afficientur. Quocirca de tactu prius dicendum est.

ANT.

Omnes enim qui & elementa generant, & quæ ex elementis, segregatione vtuntur, & cõgregatione: & facere & pati. Est autem congregatio mistura. Quomodo aũt misceri dicimus, nondum determinatum est manifeste. Sed nec alterari possibile, nec segregari & congregari, nullo faciente aut patiẽte. Etenim plura elemẽta facientes generãt ea, mutua illorum inter se actione & passione, & his quidem ex vno necesse est dicere factionẽ, & hoc recte dicit Diogenes: quoniam si nõ essent ex vno omnia, nec etiam facerent & paterentur adinuicem. v.g. calidum infrigidari, & hoc calefieri rursus. nõ enim caliditas & frigiditas transmutantur adinuicem, sed ipsum subiectum, vti manifestũ est. Quapropter in quibus facere est & pati, necesse est vnam horum subiectam esse naturã. Omnia igitur, talia esse dicere non verum: sed ea demum, in quibus est mutua actio & passio. Sed, si de facere & pati, & mistura videndum, necesse est & de tactu. Non enim facere hæc & pati possunt proprie, quæ non possibile adinuicem tangere: nec non tangẽtia adinuicem qualitercunq;, contingit misceri primum. Quapp de tribus his est determinãdum qd Tactus, quid Mistura, & quid Factio. Principium autem accipiamus hoc. Necesse enim est vt quibuscunq; rebus inest mistio ęe se mutuo tangere possint, & si aliquid facit, hoc aũt patitur principaliter, & his similiter: ideo primo dicẽdum est de Tactu.

Quare de his determinãdũ ẽ.

Ostendit necessitatem determinandi dicens, quòd omnes Philosophi tangentes elementa, vel ex elementis generata, vtunt congregatione & segregatione. Quæ enim ex elementis generantur, ex congregatione elementorum generantur: quæ vero corrumpuntur, ex segregatione elementorum corrumpuntur: quæ etiam dicebant agere & pati adinuicem. Cum ergo congregatio sit quædam mistura, oportet de mistura determinare. Qualiter enim fiat mistio & quid sit, non est adhuc manifeste determinatum. Cum autem nec alteratio nec congregatio, vel segregatio possint fieri sine actione & passione, oportet prius determinare de actione & passione. Illi enim, qui ponunt plura principia, dicunt esse generationẽ per actionem & passionem elementorum adinuicem. silr & illi, q ex vno materiali principio dicunt aliqua fieri, necesse habent ponere agere & pati. Ideo recte dixit Diogenes cũ dixit, quòd nisi ex uno materiali principio fierent omnia, impossibile esset aliqua adinuicẽ transmutari, aliter enim non posset calidum frigefieri, nec frigidũm calefieri, nisi

E

subesset vna materia: impossibile est enim quòd frigiditas sit caliditas vel è conuerso: sed oportet quòd habeant unum commune subiectum, per quod possint adinuicem transmutari. quapropter quæ agunt & patiuntur adinuicem, necesse est habere vnam subiectam materiam, quæ sit susceptiua contrariorum. Non tamen omnia agentia & patientia sunt talia, scilicet habentia vnam materiam, sed solum illa, quæ agunt & patiuntur adinuicem. Sunt enim aliqua, quæ agendo non patiuntur, sicut substantiæ separatæ, & corpora cœlestia: quæ scilicet corpora, licet patiantur, vtpote quæ mouentur, tamen non patiuntur ab his, quæ mouentur ab eis. Vlterius autem, cùm mistio, & facere & pati non possint fieri sine tactu (nam ea quæ adinuicem non se tangunt, non possunt adinuicem agere & pati) ideo determinando de ipsis, oportet de tactu tractare. Inter ista autem tria prius determinandum de tactu, quia tactus prius est: sequitur enim ad ista duo, sed non è conuerso. Necesse enim est quòd ista, quæ

F

miscentur adinuicem, se tangant, sed non conuertitur. Similiter, si aliquid agit & patitur ab eo, necesse est etiã quòd ista se tangant, sed non cõuertitur. Cùm ergo primum sit à quo non conuertitur cõsequentia, primum inter tria dicendum de tactu. Deinde cùm dicit.

Quæ agunt & patiũtur adinuicem habẽt vnã materiam.

In p ostpdicamẽtis ca, de Priori.

VATAB.

Ferè igitur ut & cætera quæq; alia nomina, pluribus dicuntur modis, & partim uniuoce, partim altera ab alteris prioribusq;, sic & de tactu quoq; res sese habet.

ANT. Tex. c. 44.

Ferè quidem igitur ut & aliorum nominum vnumquodq; dicitur multifariam, & hæc quidem æquiuoce, hæc autem altera ab alteris, & prioribus, Sic habet & de tactu.

Prosequitur intentum: & circa hoc tria facit secũdum quòd de tribus determinat. Primo determinat de tactu,

G

Secundo de facere & pati. ibi {De facere & pati.} tertio de mistione. ibi {Reliquum autem videndum.} Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen tactus, Secundo incipit agere de ipso. ibi {Sed tamen principaliter. Dicit ergo primo, quòd tactus dicitur multipliciter, sicut ferè vnumquodq; aliorum nominum. quædam enim dicuntur æquiuoce, quædam analogice & transumptiue, siue metaphorice: ita etiam tactus dicitur proprie & transumptiue. Dicit autem ferè, quia forte non omnia dicuntur multipliciter. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 46.

Tex. c. 81.

De tactu.

VATAB.

Sed tamen quod proprie dicitur, ad ea accommodari solet quæ situm habẽt. Situs autem hisce quibus & locus competit. etenim, perinde ut Mathematici, de tactu et loco reddamus oportet, siue eorum quodq; separatũ sit, siue alio modo habeat. Si ergo tangere sit, quẽadmodum antea est definitum, extrema simul esse, ea profecto se mutuo

H

tangent, quæ cũ discretas magnitudines situmq; habeãt, extrema simul habent. Porro cum situs omnibus quibus & locus competat, atq; supra & infra & id genus opposita, prima loci differentia sint: omnia sanè, quæ sese mutuo tangunt, pondus, leuitatemùe, aut utraq;, aut alterũ habebunt: quæ autem talia sunt, actiua sunt & passiua. Vnde constat ea suapte natura mutuo sese tangere, quorum, cùm uicissim mobilia sint atq; motiua, discretis separatisq; magnitudinibus, extrema sunt simul. Cæterũ, cùm id quod mouet nequaquã similiter id moueat, quod motum subit, sed necesse sit ut idem, aliud moueat motũ & ipsum, aliud immobile persistens, haud aliter de ipso quoq; agente dicendum esse in aperto est. Nam id, quod mouet, agere quippiã, & cõtra quod agit, mouere dicũt. verum

uerum differentiã subeunt, & proinde ea distinguamus oportet. Non enim fieri potest ut quoduis mouens agat, si patienti agens opponamus. patiens autem, sit cui motus secundum affectum cõpetit. affectus uero, secundum quẽ solum alteratio fit, ut albedo & calor. sed mouere, latius esse quàm agere patet. Illud igitur palam est, ea, inquã, quæ mouent partim mobilia tangere, partim minime.

ANT.

Sed tamen principaliter dictum existit in habentibus positionem: positio autem quibus & loc⁹. Etenim in mathematicis similiter assignãdus est tactus & locus, siue est separatum vnũquodq; eorum, siue alio modo. Si igitur est, vt determinatum est prius, Tãgere vltima habere simul, hæc vtiq; se tangunt adinuicem quæcũq; determinatas magnitudines & positionem habentia, simul habent ultima. Qm̃ autem positio iisdem quidẽ in quibus & locus existit: loci autem differentia sursum & deorsum prima, & talia oppositorum: omnia ad seinuicem tangẽtia grauitatem vtiq; habent aut leuitatẽ, aut ambo, aut alterum. talia autẽ passiua & actiua. Quapropter manifestum est, quoniam hæc tangere nata sunt adinuicem, quorum diuisis magnitudinibus, simul vltima sunt, existentibus motis & mobilibus adinuicem. Quoniã autem mouens non similiter mouet quod mouetur, sed hoc quidem necesse est motum, & ipsum mouere, hoc autem immobile ens, manifestũ quoniam & de faciente dicemus similiter. Etenim mouens facere aliquid inquiunt, & faciens mouere. sed tamen differunt & oportet determinare. Non enim possibile est & mouẽs omne agere & facere, si faciens opponitur patienti. hoc autem in omnibus in quibus est motus passio. passio autem est, ſm quam alteratur solũ, verbi gratia calidum & album. sed mouere amplius quàm agere est. Illud igitur manifestũ est quòd motiua partim immobilia tangunt, partim vero non tangunt.

t. c. 45.

Prosequitur de tactu. & primo de tactu proprie sumpto, secundo de tactu sumpto transumptiue. ibi {Est aũt vt aliqñ.} Circa primum duo facit. Primo inuestigat definitionem tactus, secundo inuestigatã cõcludit. ibi {Sed determinato.} Circa primum ponit conditiones, quæ requiruntur ad tactum. Est aũt tactus, vt infra ponet, in habentibus positionem, quorũ vltima sunt simul, mouentibus & motis, actiuis & passiuis adinuicẽ. Primo ergo manifestum supponit, concludens primam conditionem, dicens, ꝙ tactus proprie & principaliter dictus est in habẽtibus positionem: positio aũt non est nisi in habẽtibus locum. & ideo, cùm mathematica habeãt positionem, siue sint separata ſm rem, siue ſm rationem tm̃, habent ẽt locum. Nam, sicut dicit Commentator super loco isto, licet mathematica abstrahantur ab aliis accidentibus, s. à motu & materia, impossibile est tñ ea imaginari sine loco, cũ corpus naturale non sit in loco nisi ſm suas dimensiones, & non per alia accidentia. Locus ergo inseparabilis est à mathematicis corporibus: ipsis tamen non contingit locus & tactus, nisi per quandam similitudinem ad naturalia. Nulla enim vere sunt in loco nisi naturalia ſm esse acceptа, in quibus sunt mathematica ſm esse suum: & ideo etiam in ipsis habent locum & tactum. Nec accipiuntur

t. c. 45.

t. c. 44.

...natu- ...sũt ve- ...loco.

A

hic ſm abstractionem ab esse: quia talis consyderatio nõ est naturalis, sed mathematica. & ideo locus & tactus cõuenit eis ſm ꝙ talia per posterius. Secundo ibi. {Si igitur est vt determinatum.} Ponit secundam conditionem dicens, ꝙ, si ita est, ut dictum est in Quinto Physi. ꝙ tangere est habere vltima simul: illa se tangunt, quæ habent determinatas magnitudines & positionem, & quorum vltima sunt simul: & inest secunda conditio, s. habere vltima simul. Tertio ibi. {Quoniam aũt positio.}

Tex. c. 22.

Inuestigat tertiam conditionem, s. ꝙ tactus est in mouentibus & motis, dicens, ꝙ positio est in habentibus locum. &, quia primæ differentiæ loci sunt sursum, & deorsum, vt dicitur in Secundo de Cœlo, necesse est vt quæ se tangunt, sint sursum aut deorsum. Ideo, quæ se tangunt, sunt grauia aut leuia, aut ambo: sicut elemẽta media, quæ sunt grauia & leuia ſm diuersos respectus, vt dicitur, in Quarto de Cœlo: aut alterum eorum, sicut extrema: quorum alterum est simpliciter graue, & alterum simpliciter

Tex. c. 8.

Tex. c. 34.

B

leue. omnia autem talia dum tangunt se agunt & patiuntur adinuicem. Quapropter concludit manifestum esse, ꝙ illa proprie se tangunt, quorum diuersæ sunt magnitudines, & simul habent ultima, quæ mouent & mouentur adinuicem per virtutem illorum vltimorum. Quarto ibi. {Qm̃ autem mouens.} Inuestigat quartam conditionem quæ est, ꝙ tact⁹ est in actiuis & passiuis. & dicit, quia non omne mouens mouetur, sed quoddam est mouens motum, quodam aũt mouens immobile: & hoc dupliciter, aliqd enim simpliciter nullo modo mouet, sicut mouens primum, aliquod aũt mouens non mouet à moto, licet moueat ab aliquo, ſm quorundam extimationẽ, agens ẽt inuenitur in istis duobus modis: quia quidã dicunt ꝙ actus mouentis est quoddã facere, & è conuerso, ꝙ actus facientis est quoddã mouere: quod tñ falsum est. Differunt enim mouens & faciens. quorum drĩam oportet nos determinare. Si enim nos dicimus ꝙ faciẽs opponitur

Dria inter mouens & faciens.

C

ſm suam speciem patienti, tunc cum contraria nata sint fieri circa idem, oportet ꝙ faciens patiatur, cum tangat ipsum: hæc autem sunt, quibus motus est passio, i. quibus mouendo patiuntur ſm alterationem aliquã: alteratio aũt sola est ſm passiones, i. passibiles qualitates, vt ſm calidum vel frigidum. cum ergo calidum cõtrarietur frigido, & album nigro, & sic in aliis, duo possunt cõcludi. primum, s. ꝙ agens & patiens habent contrarias qualitates, secundum est ꝙ, cum non omne mouens sit tale, non omne mouens est agẽs. In plus ergo erit mouere q̃ agere. Ex his ergo quæ dicta sunt concludit corollarium quoddam, dicens, ꝙ mouentia immobilia tangunt ipsa mobilia, est autem vt sic, est autem vt non. sic, quia tãgunt per vltimum virtutis egredientis ab esse eorum: sed non tangunt per vltimum suæ quantitatis tantum. Quia si sunt immobilia simpliciter, vt substantię separatæ, non habẽt vltimum, si vero sint ab his, quæ mouẽt immobilia, sicut astra, non mouentur à terra, quam moueut: & tunc non habent vltima simul cum vltimis illorum quæ mouen-

Mouere in pl⁹ q̃ agere.

D

tur. Ad euidentiam illorum, quæ hic dicuntur, consyderandum est, quòd agens siue faciens potest sumi dupliciter. Vno modo communiter, prout scilicet virtus alicuius procedit quocũq; modo in id quod subiicitur sibi, & hoc modo superius est ad mouens: Alio modo potest sumi naturaliter, siue physice, & hoc modo in minus est quàm mouens & opponitur secundum suam speciem patienti. Deinde cùm dicit.

Agẽs dupliciter.

VATAB.

Verum ea tangere uniuersaliter definiuntur, quæ situ habent, & quorum alterum motiuum est, alterum mobile, idq; uicissim, quibus agere atq; pati competit. Magna igitur ex parte, id quod tangitur, id tangit à quo tangi solet. Etenim omnia ferè quæ apud nos sunt cùm mouent, mouent, per quæ esse necesse uidetur, ut id quod tangitur, id tangat à quo tangi solet.

ANT. Sed determinato tangere vniuersaliter quidem, quod est positionem habentiũ, et hoc quidem motiuo, hoc mobili, adinuicem aũt motiuo & mobili: in quibus existit agere & pati. Est quidem igitur, vt in multum tactum quod tangit tangens: etenim mouent mota omnia ferè, quæ in conspectu nostro, quibus necesse est, & videtur tactum tangere quod tangit.

Tactus definitio.

Concludit inuestigatam definitionem tactus dicẽs, ꝙ determinatur vel definitur ipsum tãgere vr̃, quod est in habentibus positionem, mouentibus & motis, à seinuicẽ actiuis & passiuis. Et ex hoc concludit vlterius quoddã corollariũ, ꝙ frequẽtius & fortius dr̃ esse tactum oẽ agẽs naturale quod tangendo tangit: quia ferè oĩa, quæ sunt in conspectu nostro circa locũ actiuorum & passiuorum, mouẽt mota: in qbus necessario vr̃ esse tactus. Deinde cũ dicit.

VATAB. *Interdum autem dicimus mouens, solum tãgere id qđ motu cietur: & contra quod tangit, id non tangere, à quo tãgitur. Verum, quia quæ eiusdem sunt generis, cum motum subeunt, mouent: ut quod tangitur tangat necessarium esse uidetur. Quare si quid motus expers moueat, id profecto tanget mobile, nihil autem illud. Interdum enim dicimus eum, qui nos molestia afficit, tangere nos, non nos illum. De tactu igitur rerum nataralium, hoc pacto determinatum sit.*

ANT. Est autem, vt aliquando inquimus, mouens tangere solum id quod mouetur, quod tangit autem non tangere id quod tãgit. Sed quæ mouent mota, quia homogenea, necesse uidetur esse quod tangitur tangere. Quapropter si quid mouet immobile ens, illud quidem tãgit quod mouetur, illud autem non. inquimus enim aliquando tristantem tangere nos, sed nos non eum. De tactu quidẽ igitur in naturalib⁹ determinatum sit hoc modo.

Determinat de tactu improprie dicto dicens, ꝙ sicut inquimus. i. dicimus quoddam esse mouens quod solum tangit id quod mouetur, sed id quod tãgitur, s. ipsum motum, non tangit tangens, i. mouens: & in talibus est tact⁹ improprie sumptus: & ista sunt, quę non sunt vnius generis Physici. Sed illa, quæ sunt homogenea, i. vnius generis naturalis, mota mouent: & in talibus necesse est ꝙ tactum tangat tangens: & si est aliquod mouens immobile tangit id quod mouetur, sed nõ tangitur ab eo. & est simile sicut inquimus, i. dicimus aliqñ, ꝙ contristans tetigit nos, & nos non tetigimus contristantem, vt qñ aliqs dicit verbum iniuriosum, vnde contristamur, sed nos nõ tetigimus contristantem. Vlterius epilogat dicens, ꝙ de tactu in naturalibus dictum est hoc modo.

LECTIO. XIX.

Quænam & qualis sint naturæ actiua & passiua declaratur.

VATAB. *Deinceps de actione & passione dicendum est, cũ de hisce sententias inter sese subcontrarias à maioribus nostris acceperimus. Plurimi enim uno ore hoc astruunt, à simili, inquam, simile nullum pati, quia neutrũ altero potius actiuum sit, aut passiuũ: quippe cùm eadem omnia, similibus similiter insint. At quæ dissimilia differentiaq; sunt, ut mutuo agant patianturq; aptissima esse asserũt. Nam cum minor ignis à maiori corrumpitur, ob contrarietatem illum id ipsum pati inquiunt: dicunt enim multum pauco esse contrarium.*

E DE facere & pati dicendum deinceps. Suscepimus enim à prioribus subcõtrarios inter se sermones. Multi quidẽ enim dicunt cõcorditer, ꝙ simile quidem à simili oẽ impassibile est: propterea quòd non magis actiuum aut passiuum est alterum altero. omnia enim eadẽ similiter insunt similibus. Dissimilia aũt, & differentia & facere & pati adinuicem sunt innata. Etenim qñ minor ignis à maiori corrumpitur: propter contrarietatem, hoc, inquiũt, pati: contrarium enim esse multum pauco.

ANT. Tex. c. 46. Sile à sili est ipassibile.

Postq̃ Philosophus determinauit de tactu ꝙ est vnũ de trib⁹ necessarijs ad principale propositum, hic incipit determinare de facere & pati. Et est rect⁹ ordo: quia sicut tactus præcedit actionem & passionem, eò ꝙ agentia & patientia necesse est ꝙ adinuicem se tangant, ita agere & F pati præcedit mistionem, eò ꝙ ad mistionem, necesse est ꝙ aliquid agat & aliquid patiatur, vt infra dicet. Et ideo ante mistionem determinat de agere & pati. Circa hoc duo facit. Primo determinat de agere & pati, Secundo de modis agendi & patiendi, ibi{ Quomodo autem contingat.} Circa primũ tria facit. Primo ostendit quæ & qualia sunt actiua & passiua, Secũdo determinat de modis eorum. ibi{ Eodem modo suscipiendum est.} Tertio ostendit ad quas causas ipsa actiua & passiua reducantur. ibi{ Est enim factio causa vnde principium.} Circa primũ tria facit. Primo ponit opiniones aliorum de ipso facere & pati, secundo manifestat ostendendo causas contrarietatis ipsius. ibi{ Videtur autem hoc modo.} Tertio ponit opinionem suam. ibi{ Sed qm̃ non quodcunq; innatum est.} Circa primum ponit vnam opinionem dicens, ꝙ, postq̃ determinatum est de tactu, dicẽdum est de facere & pati: prius tñ videdum est quid de ipso dixere priores G Philosophi. Videntur enim eorũ opiniones de facere & pati esse contrariæ. nam multi concordauerunt in hoc, ꝙ ea quæ agũt & patiunť adinuicem, necesse est penitus esse dissimilia. Cuius rõnem assignabãt dicentes ꝙ inter similia, vnum non habet magis rõnem agentis q̃ aliud, nec è conuerso: vnde nõ habet magis rõnem patiẽtis q̃ aliud. omnia enim hæc, s. agere & pati, similiter eodẽ modo insunt his quæ sunt similia. sed illa quę sunt dissimilia, & differunt in formis & qualitatib⁹, nata sunt agere & pati ad inuicem. Siquis aũt obijceret cõtra eos dicens, ꝙ similia & agunt & patiunť adinuicẽ, sicut multus siue magn⁹ ignis corrumpit paruum ignem, quia sunt similes & vni⁹ naturæ. Respondetur, ꝙ hoc non est pp similitudinẽ quã habent, sed est pp contrarietatem in quãtitate ipsorum: magnum enim contrariatur paruo. Secundo cùm dicit.

De facere & pati. Rõ ordis. Tex. c. 89. Tex. c. 56. Tex. c. 55. Tex. c. 55. Tex. c. 48. Tex. c. 50. Prima opinio ꝙ sile ñ patiť à sili. Obiectio. Responsio.

VATAB. *Democritus uero, solus præ cæteris peculiariter dixit. H Nam agens & patiens, idẽ ac simile esse asserit. non enim fieri posse arbitratur, ut differentia atq; diuersa à sese uicissim patiãtur. Sed & si quæ diuersa sunt quippiam in sese mutuo agant, hoc illis euenire, non quo diuersa sunt, sed quo idem quippiam habẽt. Quæ igiť dicunť, talia sunt.*

ANT. Tex. c. 47. Democritus autẽ vltra alios dixit solus singulariter. Inquit enim idem & simile esse faciẽs & patiens: quia altera & differentia non contingit pati abinuicem. Sed, si altera existẽtia faciũt aliquid adinuicem, non secundum ꝙ altera, sed secundum ꝙ idem aliquid sunt, sic hoc accidere eis. Quæ dicuntur igitur hæc sunt.

Ponit aliam opinionem quæ primæ vr̃ esse contraria: & est opinio Demo. qui ĩ hac opinione fuit singularis & solus. Dixit enim ꝙ agens & patiens est omnino idem et simile: quia quæ sunt diuersa & dissimilia, nec agunt, nec patiunť

Scda opi. ꝙ simili solum à simili patitur.

patiuntur adinuicem. Sed, si cõtingat ꝙ aliqua diuersa & dissimilia agant & patiãtur adinuicẽ, hoc non est inquantum diuersa, sed inquantum aliquo modo sunt idem & similia. Hæc ergo sunt quæ accipimus ab antiquis de ipso facere & pati. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Qui autem hoc pacto dicunt, subcontraria dicere uidentur. Contradictionis uero causa, est hæc. Nam, cum totum quippiam contemplari oporteat, de parte quadam loquuntur utriq;. Nam quod simile est, & omni ex parte nullam prorsus habet differentiam, nihil à simili pati, rationi consentaneum est. Cur enim potius alterum altero erit passiuum? Item si fieri queat ut quippiam patiať à simili, illud quoq; à sese pati poterit. Atqui his ad hunc modum sese habentibus, nihil aut incorruptibile aut mutationis expers fuerit, si quidẽ simile quatenus simile existit actiuum sit. Nam corpus omne sese interno proprioq; motu mouebit. Et quod prorsus diuersum & nullatenus idem est, similiter. Nã neq; albedo à linea, neq; linea ab albedine quicquã patietur, nisi forte per accidens, ceu, si lineam esse albam, aut nigram acciderit. Non enim ea quæ neq; contraria sunt, neq; ex contrarijs constant, sese extrudunt propelluntq; à natura.*

ANT. Videtur autem hoc modo dicentes subcontrarios dicere sermones. Causa autem cõtradictionis est: cùm totũ inspexisse debuissent, partem tñ aliquam vtriq; dixerunt. Simile. n. omnino indifferens rõnabile est non pati à simili. nihil enim magis actiuum erit alterũ q̃ alterũ. Sed, si simile à simili pati aliquid possibile, & ipsum à seipso. Quamuis his ita se habentibus, nihil utiq; erit nec incorruptibile, neq; immobile. Sed, si simile fm ꝙ simile actiuum, ipsum enim seipsum mouebit oẽ. Et omnifariam alterũ, & nullatenus idem similiter. neq;. n. patieť albedo à linea, aut linea ab albedine pterq̃ fm accidens, puta si accidat albam, siue nigrã lineã esse. Non exterius. n. ipsa seipsa à natura faciũt quęcunq;, neq; contraria, neq; ex contrariis sunt.

...le & sili ...t, & idẽ ...ipso pa...tur. ...Tex. c. 49.

Manifestat primas opiniones ostendendo causam cõtrarietatis in ipsis, dicens, ꝙ antiqui Philosophi videnť dicere subcontrarios sermones. qui ideo dicuntur subcõtrarij, quia quodammodo sunt veri, & quodammodo falsi. vnde aliqualiter compatiuntur se adinuicem, sicut subcõtrariæ propositiones. Causa autem diuersitatis & contrarietatis istarum opinionum est: quia, cum oporteat cõsyderare naturam actiuorum & passiuorum ex vtraq; parte, s. tam ex parte terminorum q̃ ex parte subiecti: siue tã ex parte materiæ, q̃ ex parte formæ, quod idem est, cõsyderauerunt tñ vnam partem. & ideo in parte verum dixerũt, & in parte falsum. Primi. n. qui dixerunt actiua et passiua omnino dissimilia, consyderauerunt ea tñ ex parte terminorum siue formarum. Et in hoc bene dixerunt: quia nõ est conueniens ꝙ omnino simile in materia & in forma patiatur ab omnino sibi simili in materia & in forma: qm̃ sicut antiqui dicebant, nullum corpus est dignius agere in alterum q̃ alterum. Alia ẽt ratione inducebant ad hoc ponendum: ꝙ, si sile agit in sile, ubi maior est similitudo, magis ibi est rõ actionis & passionis: sed cum nihil sit simili⁹ alteri q̃ idem sibiipsi, idem à seipso patieť, & seipsum corrumpet. nihil ergo incorruptibile, nihil ĩmobile erit. Qui vero dixerunt actiua & passiua esse similia, consyderauerunt ea solum fm materiam, & quantum ad hoc bene dixerunt: quia id quod est omnino alterum, et nullatenus idẽ,

...ita con...abatur ...se anti

A non aget in alterum nec patietur ab eo. Impossibile est. n. ꝙ ea, quæ non cõicant in materia agant & patiãtur mutuo. Et ponit exemplum de linea & albedine: quæ, cùm non cõicant in materia, impassibilia sunt adinuicẽ: nisi forte p accidens adinuicem patiantur: sicut qñ linea fit alba vel nigra. Et ꝙ talia non sint adinuicem actiua & passiua, patet ex hoc, ꝙ illa, quæ non sunt contraria, nec ex contrarijs, non faciunt seipsa adinuicem exterius à natura, idest non transmutant se adinuicem vel corrumpuntur. Cum enim illud quod corrumpitur uel generatur induat aliam formam, dicitur fieri exterius à natura, idest à forma, quã prius habebat, quæ dicitur natura, vt dicitur in Secundo Physicorum. Deinde cùm dicit.

Supra tex. cõ. 43. Tex. c. 11.

VATAB. *At, cum non quoduis agere ac pati natum sit, sed quæ aut contraria sunt, aut habent contrarietatem, tã agens quam patiens genere quidẽ simile ac idem, sed specie dis-B simile atq; contrarium esse est necesse. Nam corpus à corpore, & sapor à sapore, & color à colore, & in summa qđ eiusdem est generis ab eo quod eiusdem itidẽ generis est, pati aptum est. Cuius causa est, ꝙ contraria in eodem genere sunt omnia. Cõtraria uero inter sese uicissim agũt patiunturq;. Quare & agens & patiens partim eadem sint, partim diuersa, atq; inter sese dissimilia, necesse ẽ. Cũ autem agens & patiens genere quidem eadem similiaq; sint, specie autem dissimilia: cõtraria uero sint eiusmodi, tum contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutuo actiua & passiua esse constat. Etenim omnino generatio atq; corruptio, in hisce consistunt. Quamobrem & ignem calefacere & frigidum frigefacere, & omnino actiuum id quod patitur sibi simile reddere, iam rationi consentaneum existit. nam agens & patiens contraria sunt, C & generatio, in contrarium tendit. Quare necesse est, ut patiens in id mutetur quod agendi uim obtinet. hoc enim pacto, in contrarium erit generatio.*

ANT. Tex. c. 50. Sed qm̃ non quodcunq; natum est pati & facere: sed quæcunq; aut contraria sunt, aut cõtrarietatem habent, necesse est patiẽs & faciens genere quidem simile esse & idem, specie aũt dissimile & contrarium. natũ est enim corpus à corpore, sapor à sapore, color autem à colore pati. vniuersaliter autem homogeneos ab homogeneo. Huius autẽ causa qm̃ contraria in eodem genere omnia: faciunt aũt & patiuntur contraria abinuicem. Quapropter necesse est qualiter quidem esse eadem faciens & patiens, qualiter D aũt altera & dissimilia abinuicem. Qm̃ autem faciens & patiens genere quidem eadem & similia sunt, specie autem dissimilia: talia aũt contraria: manifestum qm̃ actiua & passiua sibiinuicẽ sunt & cõtraria & media. Etenim vniuersaliter generatio & corruptio in his & ex his. Et ideo rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare. Contraria enim hæc sunt: ideo & actiua & passiua. Et vniuersaliter faciẽs assimilare sibiipsi patiẽns. faciens enim & patiens cõtraria sunt & generatio in contrariũ. Quapropter necesse est in faciens patiens transmutari. Sic enim generatio in contrarium erit.

Agẽs & patiẽs debent esse idẽ generẽ & diuersa specie. Tex. cõ. 51.

Ponit opinionem propriã. & circa hoc duo facit. quia primo ponit eam, secũdo redit iterum super opiniones anti-

quoꝝ, ostendendo ꝙ in parte bene dixerũt & in parte errauerunt, & causam erroris ipsoꝝ. ibi {Secũdum rõnem autem non eadem dicentes.} Dicit ergo, ꝙ quia non quæcunq; apta nata sunt agere & pati adinuicem, sed solum illa, quæ sunt contraria vel habent contrarietatē, necesse est ꝙ agens & patiens in genere sint idem et similia, & diuersa specie & contraria. Et nõ sumitur hic genus logice: quia hoc modo alia corpora essent eiusdem generis, sed sumit genus naturaliter. & hoc modo omnia quæ cõmunicant in materia sunt eiusdem generis. Quòd autem actiua & passiua sint talia dupliciter probat. Primo per inductionem, dicens, quòd agens & patiens esse eiusdem generis & diuersa specie patet inducendo in singulis. corpus enim natum est pati à corpore, quod est eiusdem generis in substãtia, si tamen cõicent in materia: quod dico propter corpora cœlestia, quæ non habent eandē materiam cum inferioribus. sapor autem natus est pati à sapore, & color à colore, quæ sunt eiusdem generis in qualitate, & vniuersaliter res eiusdē generis ab homogenis, i. à rebus naturalib⁹ eiusdē generis. Secundo ibi. {Hm õi autem causa.} Ostendit idē similiter sic. quæcunq; agũt & patiuntur adinuicem sunt contraria: contraria autem sunt in eodē genere, vt probatur in Decimo Meta. ergo actiua & passiua sunt in eodem genere. et ideo necesse est ipsa esse qualiter, idest quodammodo esse similia. quia eadem & similia genere, & qualiter, idest quodammodo altera & dissimilia specie, ut dixerunt antiqui. Hanc autem rationem conuertit, de conclusione faciens alteram præmissarum hoc modo, illa, quæ sunt similia in genere, & diuersa specie sunt contraria: sed actiua et passiua sunt talia: ergo sunt contraria: & etiam ipsorum media, quæ ad extrema comparata quodammodo contrariantur. Si ergo secundum istam viã poterit esse generatio & corruptio, quæ fiunt solum per contraria, sic etiam ignis poterit calefacere, & frigidum infrigidare, & vniuersaliter faciens poterit sibi assimilare patiẽs, cum habeat vnum commune subiectum susceptiuum contrariorum: faciens enim et patiens sunt contraria: & faciens poterit trãsmutari in patiens, & è conuerso. Sic enim fit generatio & corruptio, s. de contrario in contrarium. Deinde cùm dicit.

Tex. c.52. Quę sint nata agere & pati adinuicem. Genus duplex nota & mox Lectio.16. Materia cęli diuersum gen⁹ ē a materia elemētorum.

Tex. c.14.

Syll's Arist.

VATAB.

Itaq; tametsi uerbo tenus eadem non dicunt, utrosq; tamen naturã ipsam attingere contingit. Dicimus enim interdum, subiectum ipsum pati, ut hominẽ sanari & calefieri ac frigefieri & cætera ad hunc modum. interdum uero, frigidum calefieri, & ægrum sanari. atq; utraq; uera sunt. Eodem modo, & de agẽte dici solet: nam interdum hominem, interdum calidum calfacere dicimus. Partim enim materies ipsa patitur, partim cõtrarium. Igitur qui ad illam respexerunt, agens & patiens quippiã idem habere oportere putarunt, qui ad alterum contra.

ANT. Tex. c.52. alias verũ.

Secundum rationem autem nõ eadem sunt dicentes, ambos tamen est tãgere naturam. Dicimus enim pati quandoq; subiectum. v. g. sanari hominem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo: quandoq; autem calefieri frigidum, sanari autem ægrotantem. ambo autem sunt vera. Eodem modo & de faciente. quandoq; enim calefacere hominẽ inquimus, quandoq; autem calidum. est quidem enim vt materia quod patitur, est autem vt contrarium. Ad id quidem igitur respiciẽtes idem oportere habere existimauerunt faciens & patiens, ad alterum autem, contrarium.

Redit ad prædictas antiquorum opiniones, ostendendo causam contrarietatis ipsorum: quod quidem supra

E

licet idem fecerit, non sic tamen aperte manifestauit. Dicit ergo ꝙ antiqui Philosophi sibiinuicem contradicere videntur non eadem dicentes, quia non habuerunt eandem rationem, idest consyderationem: vtraq; tamen pars tetigit naturam actiuorum & passiuorum, vel ſm aliam literam, ambo tetigerunt verum. Dicimus enim aliqñ pati subiectum, sicut qñ dicimus hominē sanari, uel calefieri, vel infrigidari, & ideo Demo. solum respiciens ad subiectum, dixit actiua & passiua esse similia. & in hoc bene dixit. dicimus etiam aliquando & contrarium pati, sicut calidum frigefieri, & frigidum calefieri: & ideo etiam alij solum terminos intuentes dixerunt ipsa actiua & passiua esse omnino dissimilia.

LECTIO. XX.

Agentis ac patientis duplex Genus, primum scilicet & vltimum quid sint: & ad quod nam causæ genus Reducantur ostenditur.

VATAB.

F

Cæterum haud aliam esse rationē de ipso agere ac pati, q̃ de ipso mouere ac moueri, existimandum est. Etenim ipsum quoq; mouēs bifariam dicitur. nam & id, in quo motus principiũ inest, mouere uidetur:) quippe cum principium, prima causarũ sit:) & rursum quod ultimũ est, ad id quod mouetur & generationem. Simili modo, de ipso agente est dicendum, nam & Medicum, & uinum sanare dicimus. Nihil igitur uetat in motu quominus primum mouens immobile sit, immo in nonnullis etiam necessarium existit. at ultimum semper subeundo motũ moueat necesse est. In actione autem, ipsum quidem primũ nihil patitur, ultimum uero patitur.

ANT. Tex. c.55.

EOdem modo suscipiendũ est de facere & pati quo & de moueri & de mouere. Dupliciter enim dicit & mouẽs. in quo .n. est principium motus, videtur hoc mouere: (principiũ enim prima causarum:) et rursus vltimũ ad id quod mouetur ad generationem. Similiter autem & de faciente: etenim Medicum sanare dicimus, & vinum. Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidē immobile esse, in quibusdam autem est & necessarium, vltimum autem semper mouere motum. In actione autem primum quidem impassibile, vltimum autem & ipsum patiens.

G

Principium prima cã.

Postq̃ Philosophus determinauit naturam actiuoꝝ & passiuoꝝ ostendendo quæ & qualia sint, hic ingrit de modis eoꝝ. & primo distinguit agentia abinuicem, secundo assignat causam diuersitatis ipsoꝝ. ibi {Quæcunq; autē non habent. Dicit ergo primo ꝙ suscipiendum est, ꝙ facere & pati dicũtur multipliciter, vt mouere & moueri, vtrunq; enim dr̃ dupliciter, sicut mouens: qm̃ in vtroq; ē primum & vltimum. id. n. est primum mouẽs, in quo est primũ principiũ motus, quod verissime mouere vr̃. principium enim mouendi est prima causa causaꝝ, virtutē habens mouendi à seipso non ab alio. vltimum aũt mouens est id quod mouet ꝑ aliud, & post quod non est aliud mouens, sed post ipsum est solum id quod mouet ad generationem. Similiter aũt duplex est faciẽs. quoddam primũ, sicut Medicus, q est prima causa sanitatis: & quoddã vltimum, sicut vinũ vel potio, quæ ēt est causa mouens ad sanitatē. Inter hæc aũt duo mouentia hæc est dr̃ia: quia primum mouens põt esse immobile, sicut Medicus, qui nõ mouet ab aliquo dum sanat, nisi forte ꝑ accidens. in quibusdam tñ necesse ē primum mouẽs esse omnino immobile, sicut in his, quæ sunt oĩno separata à materia. & hoc dupl̃r: qa vel est oĩno immobile, si nullã habeat materiã penitus: aut est immobile ab eo quod mouet ab ipso, &

H

Agere & pati, mouere & moueri dupl'r.

Dr̃ia inter mouẽs primum & vltimum.

hoc, quando non habet eiusdem rationis materiam cũ eo quod mouetur. Vltimum autem mouens, post quod nõ est aliud nisi id quod mouetur tantum, necesse est semper mouere motũ ab eo priore. Et similiter est in actione: qa quoddam est agens primũ, quod est impassibile: & quoddam agens, quod patitur. Deinde cùm dicit.

VATAB.

Quæ enim eandem materiam non habent, ea citra passionem agũt. ceu medendi ars. hæc enim sanitatem efficit. & nihil ab eo patitur quod sanari solet. At cibus dũ agit, ipse quoq; quippiam patitur. aut enim calefit aut frigefit, aut aliud quippiam patitur, & simul agit. Est autem medendi ars, ueluti principium, cibus uero ultimum ac tangens. Quæcunq; igitur actiua, in materia formã non habent, ea pati nequeũt quæcunq; habent, queunt. Nos enim similiter prope dixerim omnes, oppositorum utriusuis eandem esse materiam, sicuti genus unum dicimus. Atq; quod calidum esse potest, id propius admoto præsenteq; calefactiuo incalescat necesse est. Iccirco, sicuti diximus, ex his quæ agendi uim habent, quædã pati non solent, quædã pati solent. Atq; quo modo in motione res sese habet, sic & in actione. nam ut illic quod primo mouet, motus expers est, ita & hic q̃d primo agit, pati neqt.

ANT. Quæcunq; non habẽt eãdē materiã, impassibilia sunt.

Quæcunq; autem non habent eandē materiam, faciũt impassibilia existẽtia. v.g. Medicatiua. Ipsa enim faciẽs sanitatem nihil patitur à sanato: cibus autem faciens ipse patitur etiã. aut enim infrigidatur, aut calefit, aut aliud quid patitur simul faciẽs. est autem Medicatiua quidē vt principiũ, vltimum aũt cibus est & tangens.

Tex. c.54. Quæcunq; nõ in materia hñt formã, impassibilia sunt.

Quæcunq; quidem igitur nõ in materia habent formam, hæc quidē impassibilia sunt actiua, quæcunq; autem in materia, passiua. Materiam quidē enim dicimus omnes similiter eandem, vt ita dicam, esse oppositorum cuiuslibet, & vt genus ens: potẽs autem calidum esse, præsente calefaciente, & approximante, necesse est calefieri. Ideo (quemadmodum dictum est) hęc quidem impassibilia actiuorũ, hęc aũt passibilia: & quemadmodum in motione, eodem mõ habet & in actione. Illic enim primitus mouẽs immobile, & in factiuis primit⁹ faciẽs impassibile.

Assignat causam diuersitatis ipsoꝝ dicẽs, ꝙ causa, quare quoddam agens est quod agẽdo patitur, quoddam autem non, est ista: quia quædam non habent eandem materiã, & talia agẽtia faciũt vel agũt existẽtia ĩpassibilia, i. ipsis non patientibus ab his, in quæ agunt. v.g. medicina faciens sanitatem nihil patitur à sanato: quia non communicat cum eo in materia. Quædam autem habent eãdem materiam, sicut cibus vel potio, & id quod sanat, & ideo cibus agendo patitur: quia aut calefit aut infrigidatur. Inter hæc duo agentia, s. medicinam & cibum, medicina est principium, in quo primo est actio: cibus autem est agẽs vltimum, quod agit per tactum. Quæcunq; igitur agentia non habent eandem formam in materia, quæ sit eiusdem rationis cum passibilibus, hæc cum sint de numero agẽtium siue actiuorum, sunt impassibilia. quæcunq; aũt habent formam in materia eiusdem rationis, agendo patiuntur. Subiũgit ad horum declarationem quæ dicatur materia vna aliquorum: & dicit, ꝙ dicitur esse vna materia cuiuslibet, quæ est susceptiua contrariorum: quę licet sit vna subiecto, differt tamen ſm esse: & propter hoc dixit, vt ita dicam. Et ipsa materia dicitur vt genus, nõ qui

Quę cõicãt materia agunt & patiuntq; uel non, ecõ...

A

dem prædicabile, sed dicit genus ſm ꝙ genus dicitur subiectum primum, quod substat duobus contrarijs aut pluribus: contrariorum autem vnum est in actiuo, alterum est in passiuo: & ideo vna materia est actiui & passiui. Et quod per naturam potest esse calidum, necessario calefit, qñ appropinquat calidum calefaciẽs ipsum. hoc ergo quod dictum est, causa est, quare quædã agentia sunt passibilia, & quędam impassibilia. Et sicut dictum est in motione, ita dictum est in actione. quia sicut in mouentibus primum mouens est immobile, in effectiuis primum efficiens est impassibile. Deinde cum dicit.

Gen⁹ Logicũ & Physicum.

Notabile.

VATAB.

Nam causa ut unde principium motus existit, actiua est. Cuius autem gratia cætera fiunt, actiua nõ est. Quapropter sanitas ipsa, non est actiua, nisi per tralationem. Etenim cum ea, aliquo quidem agente, adest, patiens fit quippiã. sed cùm habitus ipsi adsunt, nihil præterea fit,

B

sed iam est. formæ autem atq; fines, habitus quidã sunt. At materies, ut materies, passiua est. Igitur ignis, in materia calorem habet. Quòd si calor separabile quippiam esset, is nimirum pateretur nihil. sed fortasse fieri nequit, ut is separabilis sit. quòd si sint nõnulla eiusmodi, in eis profecto uerum fuerit, quod dicimus. Quid igitur sit agere ac pati, & quibus competat, & qua de causa, & quemadmodum, hoc pacto sit definitum.

ANT. Tex. c.55. Sanitas nõ ē factiuum nisi secũdũ metaphoram. Habitib⁹ p̄sentib⁹ ĩ materia cessat motus.

Est enim factiuum causa, vt vnde principiũ motus, cuius autem gratia nõ actiuum. nam sanitas non factiuum est, nisi secũdum metaphoram. Etenim hoc quidem faciente quando existit, generatur aliquid patiens, habitibus autem præsentibus nõ amplius generatur aliquid, sed est iam: species autem & finis habitus quidam.

C

Materia autem secũdum ꝙ materia passiuum. Ignis quidem igitur in materia habet calidum. Si autem aliquid separatum calidum esset, hoc nihil pateretur. hoc quidem igitur forsitan impossibile est separatum esse. Si autem sunt quędam talia, in illis vtiq; erit verum quod dicitur. Quid quidem igitur facere & pati, & in quibus insit, & quare, & quomodo, determinatum sit hoc modo.

Si ca'm aliqd separatũ erit nihil patietur.

Ostendit ad quam causam reducatur agens, & ad quã patiens. dicens, ꝙ agens est vnum primũ principium motus, & est diuersum à causa formali & finali, & nõ dicitur finalis, nisi ſm metaphoram. Et ꝙ non sit formalis nec finalis, sic probat: quia, qñ faciens est ſm actũ faciens, tunc aliquid generatur in patiente. Sed talibus habitibus siue formis, sicut est sanitas, quæ est finis operationis Medicinæ, præsentibus, non generatur aliquid nec fit, sed iã est: species enim & fines sunt habitus quidam quiescẽtes: nã habito fine quiescit motor. Secundo cùm dicit. {Materia autem.} Ostendit ad quã causam reducatur patiẽs, dicẽs ꝙ reducitur ad materiam: quia materia ſm ꝙ materia passiua est: & ideo, quæ patiuntur, patiuntur per materiam. Quæ autem sunt actiua & passiua, habent speciē in materia: sicut ignis habet esse calidum in materia. si autem esset aliquod calidum separatum à materia, hoc nihil pateretur. sed forsan impossibile est esse aliquid tale separatum: licet quidam hoc dixerunt. Si autem aliqua sint talia, quæ sint à materia separata, in illis verum est quod dicitur, scilicet quod nihil patiuntur. Sed de hoc in prima Philosophia locus erit determinare. Ex hoc manifeste patet, quòd omnis potentia passiua & omnis passio est per materiam, & omnis actio est per formam. Vltimo epilogat, & est planum in litera.

D

Oĩs actio ē ꝑ formã & oĩs passio ꝑ materiam.

LECTIO. XXI.

Opiniones afferuntur aliorum de rerum generatione & interitu, ac diluuntur.

VATAB. *Quo autē pacto id euenire queat, dicamus rursum. Quibusdam igitur pati quodq; uidetur, ultimo principalissimoq; agēte per quosdam meatus sese intrudente, atq; nos hoc pacto & uidere & audire, cæterisq; alijs sensibus sentire aiunt. Tum etiam per aerem & aquā, & ea quæ perspecta atq; translucida sunt res ipsas uideri: propterea q̃ meatus habeāt, inuisibiles quidem ob paruitatem, sed tamen frequentes, & serie quadam ac ordine dispositos: & magis, quæ magis perspicua dilucidaq; sunt.*

ANT. Tex. c. 56. QVomodo autem cōtingat hoc accidere rursus dicamus. His quidē videtur pati vnumquodq; per quosdam poros, ingrediente faciente vltimo & principali: et hoc modo videre & audire nos inquiunt, & secundum omnes alios sensus sentire. Amplius videri per aerem & aquam, & per transparentia: quæ poros habent, inuisibiles, propter paruitatem, spissos autem & secundum ordinem: & magis habent transparentia magis.

Postq̃ Philosophus determinauit de natura actiuorū & passiuorum, & de modis eorum: & ostendit ad quas causas reducantur, hic determinat de modis agendi & patiendi, quomodo, s. contingat agere uel pati: & primo ſm opinionem aliorum, secūdo ſm opinionem propriam. ibi {Quo autem modo existit.} Circa primū duo facit. Primo ponit opiniones alioꝝ, secūdo reprobat eas. ibi {Vt autem parum disgredientes.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum, secundo cōparat eas adinuicem. ibi {Leucippus aūt estimatus.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum in generali, secundo in speciali. ibi {Hi igitur in quibusdam.} Dicit ergo primo, q̃ dicendum est rursus, quo contingat agere & pati. Dicit aūt rursus: quia iam dixit quēdam modum actionis & passionis in genere, nunc descendit ad speciales modos sumptos ex parte actiuorum et passiuorum, s. qualiter veniat agens ad patiens, ut imprimat ei suam formam, per quam intendit ipsum patiens transmutare. Circa hoc autem fuerunt diuersæ opiniones. quibusdam. n. visum fuit, q̃ vnumquodq̃, quod patitur, patitur p̃ quosdam poros, qui sunt in ipso patiente: p̃ quos ipsum agens, quod est proximum patienti, ingreditur in patiens per illos poros, & vndiq̃ contangit ipsum, & vndiq̃ patitur patiens, & non in vno loco tantum: et per hunc modum dicunt, q̃ videmus & sentimus secundū alios sensus omnes: quia secundum eos visus & auditus effunduntur supvisibile per media. ideo dixerūt quòd per poros illorum corporum, quæ sunt media sensuum, videmus & audimus. Dicunt etiam quòd ideo plus videmus per aerem, & aquam, et per alia corpora diaphana, sicut est vitrum, & cristallum: quia illa corpora habent plures poros alijs: qui pori sunt inuisibiles propter paruitatem, sed magis spisse positi & melius ordinati, quia directi: & ideo videt melius per transparens visus, si reperit rectam lineam, per quam videat: & quia magis transparens habet poros spissiores & directius ordinatos, ideo quanto fuerit magis transparens, tanto per ipsum melius videmus. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 77. Tex. c. 64. Tex. c. 60. Sēsus effunduntur sup sensibile secūdū istos.

VATAB. *Quidam igitur, quemadmodum & Empedocles, hoc pacto in nonnullis definierunt, non solum in agētibus patientibusq;, sed & ea misceri aiunt, quorū pori atq; meatus commensiles inter sese sunt.*

ANT. Hi igitur in quibusdā determinauerunt ita, E quēadmodum & Empēdocles, nō solum in facientibus & patientibus: sed & misceri inquiūt ea, quorum pori inuicem sunt cōmensurabiles.

Ponit opiniones eorum in speciali: & diuiditur in tres partes secundum tres opiniones. & primo ponit opinionem Empedoc. & dicit q̃ quidam magis ad speciem descendentes, dicunt ipsos poros nō solum in actiuis & passiuis, sed etiam illa dicunt adinuicem bene admisceri, quorum pori sunt commensurabiles, vt vnum in aliud ingredi possit: ita quòd plurimum vnius sit in plurimo alterius, & è conuerso. Deinde cùm dicit.

Vna autem ratione ac uia maxime de omnibus definiere Leucippus & Democritus, principium facientes qd quidem secundum naturam est. VATAB.

Compendiose autē maxime & de omnibus vno sermone determinauerunt Leucip. & Democritus principium facientes ſm naturam. F ANT. Tex. c. 57.

Ponit opinionem Leucippi & Democriti dicēs, breuiter & compēdiose dicamus, q̃ vno etiam simili sermone dixerunt Leucippus & Democritus. ambo enim posuerunt principium, quod est secundum naturam. Per ipsum enim, sicut infra dicitur, reddebant causam generationis & corruptionis, & ad sensum apparentia confitentur, & ideo dicitur secūdum naturam magis quàm positio aliorum, qui de naturis rerū, per sua principia causas assignare non possunt. Deinde cùm dicit. Tex. c. 57.

Nonnullis enim ex Veteribus, id quod est, necessario esse unum atq; immobile, uisum est. uacuum enim ipsum, nō esse: nihil autem moueri posse, si uacuum separatum in ratione rerum nō sit. Nec rursus esse multa, si ipsum nō sit, quod ea distinguit. Cæterum putare uniuersum ipsum non esse continuum, sed ea quibus cōstat diuisum sese tangere, idem profectō esse, atq; ipsum multa & non unū esse & uacuum dicere. Nā, si omni ex parte diuisibile sit, nullum unum esse, quare nec multa, sed uacuum uniuersum. Sin uero partim diuisibile sit, partim non diuisibile, hoc figmento cuidam esse persimile. Nā quatenus, quāq; ob causam pars alia uniuersi hoc pacto sese haberet, plenaq; esset, alia diuisa? præterea, sic esse necessarium motū non esse. Ob hæsce igitur rationes nonnulli sensum præteeuntes despicientesq;, quasi rationem sequi ducem oporteat, uniuersum ipsum, unum & immobile & infinitum esse asserunt. Nam alioqui (inquiunt) finis ad uacuum finiret. Quidam igitur ad hunc modum & ob causas hæsce, de ipsa ueritate dixerunt. Sed cum in rationibus hæc uideantur euenire, in ipsis uero rebus minime: hoc pacto sentire, insaniæ persimile existit. nemo enim ex hisce, quos insania male habet, à mente eo usq; discedit, ut ignem & glaciem, unum esse putet: sed solum quæ bona honestaq; sunt, & quæ per consuetudinem talia esse apparent, ea quibusdam ob insaniam nihil differre uidentur. VATAB. G H

Quidam enim Antiquorū opinati sunt ex necessitate esse vnum omne & immobile: vacuum quidem enim nō ens. mouerī aūt nō posse si non vacuum separatum. Necq̃ rursus multa esse si non sit segregās. Hoc enim nihil differt, vt si quis existimet non continuū esse omne: sed res diuisas seinuicē tangere & fore multa & non vnum esse, & vacuum. Si enim vbiq̃ diuisibile, nihil esse vnum: quapropter neque ANT. Tex. c. 58. Dementiæ signum.

multa, sed vacuum omne. Si autem tum diuisibile quidem, tum autem nō, fictitium aliqd hoc vtique videri. Vsque quantum. n. & propter quid hoc quidē se habet ita esse totale, & plenū est, hoc autem diuisum? Amplius autem & sic fore necessarium non esse motionem. Ex his igitur vtique sermonibus transcendentes sensum, & despicientes eum enunciant, ac si conueniens sit rationem sequi, vnum & immobile omne esse dicunt, & infinitum quoddam. finē enim finire vtique ad vacuum. Hi igitur propter causas has enunciāt ita de veritate. Amplius autem in sermone videtur hoc quidem contingere: in rebus autem ita opinari dementiæ est simile: nullus enim dementium egreditur intantum, vt ignem & glaciem vnum esse existimet: sed solum bona & apparentia propter assuetudinem, hęc quibusdam nihil videntur differre propter dementiam. T. c. 59.

Ponit opinionem Parme. & Melissi. qui opinati sunt esse tantum vnum principium, & illud esse immobile & cōtinuum. Quod autem sit immobile sic probabāt. Motus non potest esse nisi sit vacuum: sed vacuum non est: ergo motus non est. ergo est tm̄ vnum & immobile. Qd vero sit tm̄ vnum sic probabant. Multa non possunt esse nisi sit aliquid separans & diuidens ea: nihil autem potest esse segregans et diuidens nisi vacuū sit: sed vacuum non est: ergo non possunt esse multa segregata: & sic omnia vnum sunt. Et, quia posset dici eis q̃ multa sunt se tangētia, ita q̃ inter ea non sit vacuū segregans, Dicunt, q̃ hoc nihil differt: quia continuum & contangens idem dicebant esse. nam ſm eos continui partes se contangebant. Dixerunt etiam q̃ nihil differt q̃ sint multa, & q̃ non sit vnum, & q̃ dicatur esse vacuum: quia continuum & cōtiguum sunt idem ſm istos, nec multa sunt nisi sint diuisa, & q̃ non diuidebantur nisi per vacuum: sed nō est vacuum: ergo nec multa, sed omnia continua. Si enim dicatur q̃ ens vbique, i. in omni puncto, sit diuisibile: tūc potest dici q̃ nihil sit vnum: sed multitudo componitur ex multis vnis: ergo nec multitudo erit. ergo totum erit vacuū. Si aūt dicatur totum ens esse continuum, tum quidē idest ſm aliquid esse diuisibile, tum autem non, i. ſm aliquid esse indiuisibile, hoc vtique videbitur esse fictitiū, cum non sit magis ratio, quare in vno puncto diuidatur q̃ in alio. vsq̃ ad quantum enim erit diuisibile, ita q̃ ibi stet diuisio: & quare aliquid de vniuerso ita se habet q̃ diuiditur & separatur per vacuum, aliud autem se habet qd̄ est plenum, et non diuiditur, ita q̃ vnum ab alio separetur per vacuum, non videtur horum posse ratio assignari. Amplius autem sequitur ex necessitate q̃ nihil mouebitur per istas rationes. ergo transcenderunt & dimiserunt sensum, & ea quæ per sensum apparent, opinantes q̃ magis debemus sequi rationem q̃ sensum. Quod autem totum ens sit infinitum sic probabant. Si ens finitur, aut finitur ad plenum, aut ad vacuum: sed ad plenum non potest finiri, quia plenum est ens. idem enim finiretur ad seipsum: vel eadem ratione illud plenum finiretur ad aliud plenum, & sic esset abire in infinitum: ergo oportet q̃ finiatur ad vacuum. sed vacuum non est: ergo ad nihil finitur. ergo oportet q̃ ens sit infinitum. Isti ergo, ꝑpter tales causas sic enunciauerunt de veritate. Adhuc in sermone per ipsorum rationem sophisticam videt hoc sequi quod dictum est, non tamen in rei veritate contingit. Si autem res ipsæ inspiciant, dementiæ videtur esse simile dictum eorum. nullus enim demens intantum ægre ditur à iudicio veritatis, quòd dicat ignem & glaciem eē Opi. Par. & Mellissi.

A vnum: quod illi dicebant ponentes omnia esse vnum. Licet aliquis propter consuetudinem vel propter apparentiam putet mala in sensibus esse bona. hoc enim quibusdam propter dementiam accidit. vnde aliquando inter bona & mala nullam differentiam esse putant. Deinde cum dicit.

Leucippus uero rationes habere arbitratus est, quæ sensui consentanea dicentes, nec generationem, nec corruptionem, nec motum, nec entium pluralitatem è medio tollant. Consentanee autem hisce quæ apparent, hæc quidem locutus. Illis uero qui ipsum unum conficiunt, quia sine uacuo non fit motus: & uacuum esse non ens, & eius quod est nihil non ens esse ait. quod enim proprie est, plenum esse. VATAB.

Leucippus autem existimauit habere sermones, qui ad sensum confessa dicentes, non B destruebat generationem, neq̃ corruptionē, neque motum, neque multitudinem entium. Consensit aūt his partim quæ apparēt, partim vero ijs, q̃ vnum astruunt: quare neq̃ esse motum sine vacuo. Vacuumq̃ non esse ens: & entis nihil non ens inquit esse. principaliter enim ens, plenum est ens. ANT. T. c. 60.

Comparat prædictas opiniones adinuicem. Et primo comparat opinionem Leu. & Demo. ad opinionem Parme. & Mellissi. secundo comparat eam ad opinionem Empe. ibi {Sed vt Empe.} Tertio ad opinionem Platonis. ibi {Similiter autem aliorum.} Circa primum duo facit. Primo comparat opinionem Leuci. ad opinionem Parme. & Mellissi penes conuenientiam, secundo penes differentiam. ibi {Sed omne quod tale.} Dicit ergo C primo, q̃ Leuci. putauit habere sermones meliores alijs in hoc, q̃ cōfitetur ea, quæ sunt manifesta ad sensum. Vnde neque destruit generationem neq̃ corruptionem, neque motum, neq̃ multitudinem rerum: sed cōfitetur ea quæ sunt omnibus manifesta ad sensum. In hoc tm̄ dixit eadem cum Parme. & Mellisso: constituentibus, i. dicentibus, q̃ omne quod est, est tm̄ vnū, & immobile: quia dicit q̃ bene sequitur, q̃ nō erit motus nisi sit vacuum. sed in hoc differt ab eis: quia illi destruxerunt consequens, i. vacuum esse: & concluserunt oppositum antecedentis, s. motum non esse. Sed Leuci. ponit antecedens, & infert consequens, s. motum: & ex hoc concludit vacuum esse. vacuum autem dicit esse sicut priuationem, & ideo simpliciter est non ens: quia non est aliquid entium, sicut nec priuatio: tamea est ens, quia est entis, sicut priuatio habitus. vnde plenum dicebat principaliter ens. T. c. 61. T. c. 62. fi. Parme. vacuū quod Len. ponit. Vacuū est sicut priuatio.

Deinde cum dicit.

Sed quod est eiusmodi, non unum esse, sed numero infinita, & inuisibilia ob molis paruitatem. Atque hæc, in uacuo ferri. uacuum enim esse. Item cum coalescunt coeuntq;, generationem: cum dissoluuntur, corruptionem efficere. Atque agere & pati, quatenus sese tangunt. nā eatenus, non unum esse. Et generare, cum componuntur complicanturq;. Et ex eo quod uere unum est, non gigni multitudinem. nec ex hisce, quæ uere multa sunt, unum: sed hoc esse impossibile. D VATAB.

Sed omne quod tale non vnum, sed infinita multitudine, & inuisibilia propter paruitatem tumoris. hæc autem in vacuo ferri: vacuū enim esse. Et coagmentata quidem generationem facere, dissoluta autem corruptionem: facere autem & patim quatenus se contingunt. ANT.

Secundum

T.c.61. ſm enim id non vnum eſſe & compoſita & cõplicata generare. Ex eo quod vere vnũ eſt, non generari multitudinẽ, neque ex vere multis vnum: ſed eſſe hoc impoſſibile.

Comparat dictas opiniones circa differentiam dicẽs. Quod licet principaliter ens ſit plenum: tamen non omne quod eſt plenum eſt vnum, ſicut dixit Parme. & Melliſſus, ſed ſunt multa, & infinita, & indiuiſibilia, propter paruitatem ſuæ quantitatis. Hæc enim ſunt quæ ipſi appellant athomos, ſiue corpora indiuiſibilia, quæ mouentur in vacuo. quod vacuũ ipſe Leucippus dicit eſſe. Quo autem fiant generatio & corruptio, & alia, quæ apparẽt ex iſtis athomis, ſubiungit dicens. Quod per ipſorum cõgregationem & conglutinationem fit generatio: cum autem diuiduntur, fit corruptio: cum vero vndique ſe contingunt, faciunt actionem & paſſionem: cum autem penetrant ſe, & vnum ſubintrat in alterum, fit augmentũ: cum permutauerint ordinem & ſitum, tunc fit alteratio. Secundum enim quod dicit & confitetur, neceſſe eſt ponere non eſſe vnum ſolum, ex quo generantur iſta compoſita & complicata: quia ex eo, quod eſt vere vnum, impoſſibile eſt fieri multa, nec ex vere multis fieri vere vnum. Dicitur autem vere vnum, quod omnino eſt indiuiſibile actu & potentia: vere autem multa, quæ omnino diſtincta ſunt nec actu nec potentia coniunguntur, ſicut indiuiſibilia. Deinde cum dicit.

De atomis & concurſu eorũ ſecundum iſtos.

Vere vnũ & vere multa

VATAB. *Sed quemadmodum Empedocles & quidã alij aiũt per meatus pati: ſic omnem alterationem paſſionemq; hoc fieri modo, cum per uacuum fiat diſſolutio & corruptio: ſimiliter autem & accretio, intro ſubeuntibus ſolidis. Ferè autem perinde dicat Empedocles atq; Leucippus ait, eſt neceſſe: eſſe, inquam, ſolida quædam, cœterum indiuiſibilia, niſi meatus omni ex parte continui. quod ſanè fieri nequit. Nam ſolidum, nihil aliud præter poros, ſed totum uacuum eſſet. Quæ igitur ſeſe tangunt indiuiſibilia eſſe, & quæ inter hæc media ſunt uacua, quos ille poros meatusque appellat, eſt neceſſe. ad hunc modum, Leucippus de actione & paſſione dicit. Modi igitur, quibus alia agunt, alia patiuntur, hi ferè dicũtur. & de hiſce quidem, & quo pacto dicant, perſpicuum eſt. Et ad poſitiones, quibus ipſi utuntur, ferè conſentanee accidere uidetur, cæteris autem minus. uerbi gratia Empedocli qualiter generatio, corruptio, & alteratio fiant, nequaquam liquet. Nam his prima corpora indiuiſibilia ſunt, figura tantum inter ſe diſcrepantia: ex quibus primis entia componuntur, & in quæ ultima diſſolui ſolent. Empedocli uero, cætera quidem ut patet uſque ad elementa ipſa, generationem habent atque corruptionẽ. At horum ipſorum aceruata congeſtaque magnitudo quo pacto oriatur ac intereat, neque perſpicuum eſt, neque fieri poteſt ut ipſe dicat, niſi & ipſius ignis elementum eſſe dixerit.*

ANT. Sed vt Empedocles, & aliqui aliorum inquiunt pati per poros: ita omnem alterationẽ & omne pati, hoc modo generari per vacuum facta diſſolutione & corruptione. ſimiliter autem, & augmentationem ſubintrãtibus alijs:

T.c.62. Ferè aũt & Empedocli neceſſe eſt dicere, vt Leucippus inquit. etenim eſſe quędam ſolida, indiuiſibilia autem, ſi non vbiq; pori continui ſunt, hoc autem impoſſibile: nihil.n. aliud

E ſolidum extra poros, ſed omne vacuũ. Neceſſe igitur tangentia quidem eſſe indiuiſibilia: media autem eorum vacua, quos ille dicit poros. ita autem & Leucippus dicit de facere & pati. Modi igitur, ſecundum quos hęc quidem faciunt, hæc autem patiuntur, ferè hi dicuntur. Et de his quidem, & quomodo dicunt manifeſtum eſt: & ad eorum poſitiones quibus vtuntur ferè confeſſe hoc contingere videtur, alijs autem minus. v.g. Empe. quomodo erat generatio & corruptio, & alteratio, non eſt manifeſtum. His enim erant corpora indiuiſibilia prima corporum, formis differentia ſolum, ex quibus primum componuntur, & in quæ vltimo

F diſſoluuntur. Empedocli alia quidem manifeſtum, quoniam vſque ad elementa habent generationem & corruptionem: ipſorum vero elementorum quomodo generatur & corrũpitur coaceruata quantitas, neque manifeſtũ, neque contingit dicere ei non dicenti & ignis elementum eſſe.

Comparat opinionem Leucippi ad opinionem Emp. & primo penes cõuenientiã, dicẽs, q̃ Demo. & Leucippus dicunt q̃ res patitur per poros, ſicut Dixit Empe. & quidam alij de antiquis philoſophis. & dicunt, q̃ omne pati et omne alterari hoc modo generatur, et fit quod fit: ita q̃ fiat rei diſſolutio per interpoſitionem vacui: quia vacuum interponitur ipſis rebus, ita q̃ pars huc, pars illuc feratur. Similiter augmentationẽ fieri per ſubintrationem ipſorum ſolidorum atomorum adinuicem. Empe.

G autẽ ferè neceſſe eſt dicere, ſicut Leuci. dixit: eſſe ſcilicet indiuiſibilia corpora. Dicit autem ferè: quia Empe. non cõfitebatur expreſſe eſſe aliqua corpora indiuiſibilia, ſed quia hoc ſequitur ad opinionem eius. ponebat enim poros in ipſis corporibus, ex quibus actio & paſſio cauſabatur ſm eum. aut ergo illi pori ſunt in toto corpore: ita q̃ non ſit aliquid medium inter eos, aut eſt aliquod corpus ſolidũ diuidẽs eos. Si ſunt in toto corpore, ita q̃ nihil ſit medium, tũc totum corpus erit vacuum: quod eſt impoſſibile. neceſſe eſt ergo eſſe aliquod corpus ſolidum extra poros, i. præter poros, quod ipſos diuidat & diſtinguat: & talia corpora neceſſe eſt eſſe diuiſibilia: media autem iſtorum ſunt vacua ſiue foramina, quę, ſ. illæ Empe. dicit poros. Nulla enim, vt dicit Cõmentator, eſt differẽtia inter vtranque opinionem: niſi quod ſm Leuci. inter hæc corpora eſt vacuũ, & apud iſtos iſta foramina ſunt plena corporibus ſubtilibus. Conueniunt igitur in duo

Comẽ.62.

H bus, ſ. in poſitione vacuitatis, & poſitione corporis indiuiſibilis: & ideo fere ita dicit Leucippus de facere & pati ſicut Empe. & ideo dicit, q̃ modi agendi & patiẽdi ſm vtroſque ferè ſunt idem. Dicit ferè propter prædictã cauſam. Secundo cum dicit. {Et de his quidẽ.} Ponit differentiã iter vtrãq; opinionẽ, dicẽs, q̃ iſtorũ differẽtia de modis agẽdi manifeſta erit ex eorum poſitionibus ſequẽtibus. Nã Leucip. magis poteſt dare ex ſua opinione cauſam eorum, quæ manifeſte videntur. Empe. autem minus: quia ſm eius fundamentum non eſt manifeſtũ, quomodo accidat generatio & corruptio, & alteratio in omnibus entibus naturalibus. ſed Demo. & Leuci. poſſunt aſſignare cauſam generationis & corruptionis, non ſolũ miſtorum, ſed etiam quatuor elementorum, ex corporibus indiuiſibilibus: quia ſm iſtos diuerſitas iſtorum corporum tam ſimplicium q̃ miſtorum cauſatur ex diuerſitate corporum atomorum, quæ differũt poſitione, ordine, & forma, & figura, ſicut dicitur in Primo Metaph. Empe. vero ex ſui poſitione non poteſt dare cauſam generationis

Lec.64. nerationis & corruptionis niſi ſolum iſtorum miſtorum vſque ad elementa. ponit enim alia fieri ex quatuor elemẽtis: ſed in elementis non poteſt dare cauſam generationis & corruptionis. non enim poſuit alia elementa priora iſtis quatuor elementis. vnde non poteſt dicere propter quid vel quomodo generentur ex alijs, aut corrumpantur in alia. Deinde cum dicit,

Nihil prius quatuor elementis ſecũdũ Em.

VATAB. *Similiter & aliorum omnium, uti Plato in Timæo ſcripſit. Tantum enim abeſt, ut eo quo Leucippus modo dicat, quod hic ſolida, ille plana eſſe indiuiſibilia, & hic infinitis figuris, ille finitis, indiuiſibile quodque definiri aſſerit, quandoquidem, indiuiſibilia utriquẽ & figuris definita dicunt. Ex his itaque generationes & ſegregationes fiunt. Nam Leucippo quidem duo modi eſſe poſſunt, & per uacuum, & per tactum. hac enim ratione, diuiſibile quodque exiſtit. Platoni uero, duntaxat per tactum. nam uacuum non eſſe inquit. Et de planis quidem indiuiſibilibus, in hiſce quæ prius dicta ſunt diximus. de ſolidis uero itidem indiuiſibilibus quod præter ea cõſiderari poteſt, in præſentia omittatur.*

ANT. T.c.63. Similiter autem aliorum omnium, vt in Timęo ſcripſit Plato. Intãtũ differt enim vt nõ eodem modo cum Leucippo dicat. Quoniam hic quidem ſolida, hic autem planities dicit indiuiſibilia. Et hic quidem infinitis terminari figuris indiuiſibilium ſolidorum vnumquodq;, hic autem terminatis: quoniã indiuiſibilia vtrique dicunt terminata figuris. Ex his itaque generationes & ſegregationes & corruptiones. Leucippo quidem enim duo modi erant, vtiq; per vacuum & per tactum. hic enim indiuiſibile vnumquodq;. Platoni aũt ſm tactum ſolũ: vacuum enim non eſſe inquit. De indiuiſibilibus autem planiciebus diximus in prioribus ſermonibus. De indiuiſibilibus autem ſolidis ampliꝰ eſt dicere. iõ hoc accidẽs relinquit nũc.

Comparat opinionem Leucippi ad opinionem Platonis, & primo penes cõuenientiã, dicẽs, q̃ ſicut Leuci. poteſt dare cauſam generationis omnium ex ſua poſitione, ita & Plato ſecundum q̃ ſcripſit in Timęo. Secundo cum dicit. {Intantum differt enim.} Ponit differentiam dicens: q̃ quamuis Leuci. & Plato conueniant in hoc q̃ vterque poſuit indiuiſibilia principia, tamen in tribus differunt. Primo, quia Leuci. dixit illa indiuiſibilia eſſe corpora ſolida, Plato autem ea dixit eſſe ſuperficies. Secundo, quia figuræ indiuiſibilium corporum, quibus figuratur & terminatur vnumquodq; compoſitorũ, ſunt infinitæ apud Leuci. ſed ſecundum Platonem ſunt finitæ. Poſuit enim Plato figuras triangulares eſſe primas omnium figurarum, quæ finitæ ſunt. Tertio differunt: quia, cũ vterq; iſtorum dicat generationem & corruptionem fieri per congregationem & ſegregationem atomorum, ſecundum Leuci. erunt duo modi, quibus fit actio & paſſio, ſ. per tactum agentis et patientis, & per vacuũ, quod eſt porus. ſecundum Platonem vero erit tantũ vnꝰ modus, ſ. per contactum, & non per vacuum. Vacuum enim ſecundum eum non eſt de indiuiſibilibus ſuperficiebus, vt dictũ eſt in Tertio de Cœlo & Mũdo. Quod aũt cõtingit dicere de indiuiſibilibus corpribꝰ, relinquat nũc.

Dſia inter Leucip. & Plato. triplex.

T.c.61. & inde.

LECTIO. XXII.

Illorum deſtruitur ſententia, qui indiuiſibilia corpora rerum principia aſſerebant.

Vt autem paululum digredientes dicamus: quodque eorum, quæ indiuiſibilia ſunt, impatibile eſſe neceſſe eſt. (non enim fieri poteſt ut quicquam patiatur, niſi per uacuum) nullamq; paſſionem efficere (nam uacuum, neque durum, neque frigidum eſſe poteſt.) VATAB.

VT autem parum diſgredientes dicamus: neceſſarium & impaſſibile vnumquodque dicere indiuiſibilium. (non enim poſſibile pati niſi per vacuum) & nullius actiuum paſſionis, neque enim durum. nec frigidum eſſe poteſt indiuiſibile. ANT. 4.T.c.64.

Poſtquam Philoſophus poſuit opinionem aliorum de principijs rerum naturalium, & de modis quibus agunt & patiuntur adinuicem, nunc in parte iſta reprobat eas. & primo reprobat opiniones eorum, quantum ad poſitionem atomorum, quæ dicebant eſſe principia, ſecundo

B quantum ad modos agendi, quos ponebant. ibi {Quicunque quidem igitur per pororum} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit indiuiſibilia corpora non eſſe principia, ſecundo q̃ non mouentur à vacuo. ibi {Amplius quidã quid qd̃ eſt mouet.} Circa primum ponit duas rationes, ſecunda ibi {Amplius autem vtrum.} Circa primum duo facit. Primo ponit rationem, ſecundo remouet quandam inſtantiam, quam aduerſarij poſſent dare. ibi {Amplius autem inconueniens.} Quod ergo indiuiſibilia corpora non poſſint eſſe principia, probat ducendo ad impoſſibile, q̃ contradictoria erunt ſimul vera, & hoc tali ratione. Si indiuiſibilia corpora ſunt principia, nec agent nec patientur adinuicem. item, ſi ſunt principia agent & patientur adinuicem: ergo agent & nõ agẽt, patientur & non patientur: quod eſt impoſſibile. Circa rationem iſtam ſic procedit. primo probat q̃ non agent nec patientur, duplici ratione. quarum Prima talis eſt.

C Actio & paſſio fit per vacuum, vt ipſi dicunt: ſed in talibus atomis non eſt vacuum: ergo nec agunt nec patiuntur. Secunda talis eſt. Oẽ quod eſt cauſa actionis vel paſſionis, eſt durum, vel molle, vel aliqua qualitatum diſpoſitum, ſed nullum corpus indiuiſibile eſt tale: ergo nec eſt actiuum nec paſſiuum. Secundo cum dicit. T.c.70. T.c.71. T.c.73.

Atqui hoc abſurdum eſt, ſolum, inquam, rotundæ figuræ calorem tribuere. neceſſe enim eſt, & contrarium, frigus ſcilicet, alicui alij competere figuræ. Abſurdum etiam eſt, ſi hæc quidem, caliditas, inquam, & frigiditas inſint, pondus autem, ac leuitas, & duritia, mollitieſque non inſint. Atqui Democritus, indiuiſibilium quodque per exceſſionem grauius eſſe aſſerit: quare, ut patet, & calidius. at fieri non poteſt, ut quæ talia ſunt, mutuo à ſeſe non patiantur. ceu à calore admodum exuperante, id quod lente calidum eſt. At uero ſi durum, & molle. Molle autem dicitur, quia pati quippiam ſoleat. quod enim cedit, molle eſt. At uero & abſurdũ quoque fuerit, ſi nihil niſi figura ſolum inſit. item, ſi quid inſit, ſed unum ſolum. ut ſi hoc durum ſit, illud calidum. neque enim eorum natura, una aliqua eſſe poteſt. Pari modo impoſſibile fuerit, & ſi plura uni inſint. nam, cum ſit indiuiſibile, in eodem affectus habebit. Quare, ſi patitur quatenus frigefit, eatenus nimirum & aliud quippiam aget, aut etiam patietur. Ad hunc autem modum de cæteris quoque paſſionibus eſt dicendum. VATAB.

D Quamuis hoc inconueniens ſit, ſolum dare circulari figuræ calidum. neceſſe eſt enim & contrarium frigidum alicui alij conuenire figu- ANT. T.c.65.

ræ.

re. Inconueniens autem si hę quidem insint: dico autem caliditas, & frigiditas, grauitas autē, [T.c.66.] & leuitas, durities, & mollities non insint. Sed tamen grauius ſm excedentiam inquit esse Democritus vnūquodque indiuisibiliū. quapropter & calidius: talia autem entia non pati adinuicem impossibile. v.g. à multum excedēte calido [T.c.67.] leuiter frigidum calidum. Sed tamen si durum est, & molle. Molle autem in patiendo aliquid dicitur. subactiuum enim & molle. Sed ta[T.c.68.]men inconueniens, & si nihil insit, nisi solum figura: & si insit, vnum autē solum. v.g. hoc quidem frigidum, hoc autem calidum. neq; enim vna aliqua esset natura eorum. similiter autem impossibile si multa vni. Indiuisibile enim, cum sit in eodem, habebit passiōes. Quapropter & si patiatur (siquidem infrigidatur) sic et aliquid aliud faciet, aut etiam patietur. eodem aūt modo & de passionibus alijs.

[Prima rō.] Ostendit oppositum, s. ꝙ corpora indiuisibilia agant & patiantur. & hoc triplici ratione. quarum Prima talis est. Secundum prædictos Philosophos, indiuisibilia corpora, quę sunt circularis figuræ, sunt calida: ergo oportet aliquod alterius figuræ esse frigidum: quia inconueniens est ponere vnum contrariorum in natura sine reliquo: si [Inconuenit ponerē vnū cōtrariorū in natura sine reliquo.] autem duæ qualitates sunt in atomis, necesse est ponere aliquas qualitates consequentes esse in eis: quę sunt grauitas, durities, leuitas, mollities, & aliæ huiusmodi qualitates. cum cōcedant in atomis vnum esse grauius alio, sicut apparet in radio Solis, ꝙ vna atomus magis descendit ꝙ̃ alia. Si autem vnus est grauior alio, vnus etiam est & leuior alio, & vnus calidior alio. cùm autem sint ta[Qūo calidū patiat̃ à calidiori.]lia, impossibile est ea non pati adinuicem & agere cum sibi appropinquant. Patitur enim leuiter calidum ab excedenti calido: non inquātum sunt similia in calido, sed inquantum excedens est magis calidum, & illud quod ex[Secūda rō.]ceditur est magis frigido permistum. Secundam rationem ponit ibi. {Sed tamen si durum.} Quæ talis est. si Demo. dicit in ipsis atomis esse durum, necesse est ꝙ dicat etiam esse in eis molle, per supradictam rationem: quia, si vnum contrariorum fuerit in natura, & reliquū, vt dicitur secundo de Cœlo. molle autem naturali impo[T.c.18.]tentiam resistendi tactui passiuum est, licet inquantū est infusum humido sit subactiuum. Dicitur autē molle sub[Cur molle dicatur subactiuum.]actiuum, quia agit per humidum, quod non est simpliciter actiuum, sicut calidum vel frigidum: & per hoc dictū sequitur iterum atomos esse actiuas & passiuas. Si ergo [Tertia rō.] secundum ꝙ deducit Commentator, quocunq; componant ea, contingit eis impossibile: quoniam, si ponunt ea non esse receptiua passionum, sequitur ꝙ non sit aliqua causa actionis & passionis: & si ponūt ea receptibilia, cōtingit vt non sint receptibilia. sic ergo ex illorum positione contingit vt sint illorum receptibilia. Et sicut diximus, licet hoc sequat̃ ex dictis Democriti & Leuci. tñ hoc est impossibile & incōueniēs. in atomis enim aut est figura sola, aut cum figura qualitas actiua & passiua. si ponatur in eis sola figura, tunc non erunt actiua nec passiua: quia figura nec est actiua, nec passiua: aliter enim mathematica agerent & paterentur. si autem cum figura in atomis ponatur qualitas, quandoq; autem vna erit in qualibet atomo aut plures. si autem vna, nec propria fuerit in qualibet atomo, & hoc quidem sit calidum, hoc autem frigidum, tunc eorum natura non erit eadem. si ergo differūt in naturis sunt diuisibilia. ergo in indiuisibilia sunt diuisibilia. Si autem plures qualitates insunt vni atomo, quæ quidem actiuæ sunt & passiuæ, illæ erunt contrarię: quia

E

actio & passio sunt inter contraria, vt supra dictum est. ergo contraria sunt in eodem indiuisibili. sequitur etiam [T.c.50.] ꝙ sint in eodem secundum idem, quod est impossibile. sequitur etiam, ꝙ, si atomus infrigidatur, ꝙ ſm hoc calefiat: quod falsum est. & eodem modo est de alijs qualitatibus actiuis & passiuis, quæ sunt durum, & molle. Deinde cum dicit.

[VATAB.] *Siquidem hoc ipsum eodem modo accidit, tā ijs qui solida, quam qui plana esse indiuisibilia dicunt. nam si uacuum in hisce, quæ indiuisibilia sunt, non insit, neque rariora, neque densiora fieri possunt.*

[ANT. T.c.69.] Hoc enim & solida & planitiem dicentibus indiuisibilia, contingit eodem modo. neq;.n. rariora neque dēsiora est possibile generari vacuo non existente in indiuisibilibus.

F

Reprobat opinionem Platonis dicens, ꝙ etiam Demo. & huiusmodi istud inconueniens sequitur: & ad opinionē Platonis dicentis superficies indiuisibiles esse principia. [Arguit ad hominem.] Dicit enim Plato, ꝙ in illis superficiebus nō est vacuum: quia secundum eos impossibile est fieri rarum, nisi per interpositionem vacui in partibus corporis. Sequitur ꝙ non existente vacuo non generatur aliquid rarius vel densius. cùm autem rarum & densum sint primæ cōtrariæ qualitates ex parte materiæ, istis non existentibus aliæ consequentes non erunt: quia ablato priori aufertur & posterius. Sic ergo in corpore nullæ sunt qualitates actiuæ & passiuæ. ergo nec agit nec patitur aliquod indiuisibilium non existente vacuo ipso. Deinde cū dicit.

[VATAB.] *Adhæc illud quoque præter rationem existit: parua inquam, esse indiuisibilia, magna uero minime. Nunc enim haud sine rōne, quæ maiuscula sunt facilius quàm quæ parua, frangi solent. hæc enim, magna scilicet, facile dissoluuntur, quippe quæ in multa impingāt. Sed quæ prorsus indiuisibilia existunt, cur paruis potius quam magnis competunt?*

G

[ANT. T.c.70.] Amplius autem inconueniens est & parua quidem indiuisibilia esse, magna autem non. Nunc enim magis rationabiliter maiora confringūtur ꝙ̃ parua. hęc quidem enim dissoluūtur facilius paruis. v.g. magna quidem procedunt ex multis, indiuisibilia autem vniuersaliter, quare magis ꝙ̃ magnis inexistunt paruis.

Remouet quandam instantiam siue falsam responsionem, quæ posset dari ad rationes suas. posset enim aliqs dicere, ꝙ atomi parui sunt indiuisibiles, magni autem diuisibiles. vnde remouet dicens, ꝙ hoc est inconueniens. Verum enim est ꝙ rationabilius & facilius magna diuiduntur quàm parua: quia magna facilius dissoluunt̃. [Paruitas vel magnitudo non est cā diuisibilitatis vel indiuisibilitatis.] & hoc ideo, quia magna componuntur ex multis. Non tamē paruitas vel magnitudo est causa diuisibilitatis vel indiuisibilitatis. Ipsa vero atoma de natura sua, & vniuersaliter sunt indiuisibilia, & non propter magnitudinem vel paruitatem. Deinde cum dicit.

H

[VATAB.] *Insuper utrum illorum omnium solidorum una sit natura, an inter se differāt perinde atque si mole alia ignea, alia terrea essent? Nam si una sit omnium natura, quidnam id est, quod ea distinxit separauitq;? Aut cur cū sese tangunt, non in unum coalescunt, haud secus quam aqua, cum aquam tangit? nihil enim, posterius à priori differt. Sin uero diuersa, qualianam hæc sunt. Atq; perspicuum est, ea, potius quam figuras ipsas poni oportere principia, causasque eorum, quæ eueniunt.* Præterea si

natura

natura differant, & agent & patientur, cùm mutuo sese tangent.

[ANT. T.c.71.] Amplius autem vtrum omnium vna natura illorum solidorum, aut differt alterum ab alteris. quēadmodum, si hęc mole essent ignea, hæc autem terrea. Si enim vna natura est omnium, quid diuidens? aut quare cum se tangunt non fiunt vnum? quemadmodum aqua, quando aquam tangit: nihil enim differt posterior aqua à priori. Si autem alia, qualia hæc? & manifestum est ꝙ hę ponēda sunt principia & causas contingentium magis, quàm figuras.

[T.c.72.] Amplius autē differentia in natura vtiq; facient & patientur approximantia adinuicem.

Ponit secundam rationem principalem ad probandū atomos, quos illi ponebant, non esse principia, quæ talis est. Aut illa corpora sunt vnius naturę, sicut si essent omnia ignea, vel omnia terrea, vel differunt adinuicē in naturis, vt si essent alia terrea, alia ignea. Si autem sunt omnia vnius naturæ & vnius speciei ſm quantitatem, quid erit tunc diuidens & discontinuans ipsos atomos? quasi diceret, nihil, cum enim sint vnius naturæ non est in eis aliquid inuenire, per quod abinuicem discontinuētur. sicut in aqua, cuius partes, quando adinuicem se tangunt, statim continuantur, & non differt posterior pars aquæ à priori: cum autem ipsa corpora atoma nec sic adinuicē continuentur, non erunt vnius naturæ. Nec diuersarum naturarū: qa, si illa corpora sunt alia et alia, vt dictū est, quales sunt illæ diuersæ species vel naturæ? cum enim illæ naturæ faciant atomos diuersos & discontinuos, oportet ꝙ sint omnes secundum naturas diuersæ. ergo illæ naturæ magis sunt ponendæ causæ & principia rerum, quę fiunt ex atomis, ꝙ̃ figuræ atomorum, quos Demo. dixit esse principia. Et præterea, quæ differunt in natura & forma agunt & patiuntur adinuicem, cum approximantur. illa vero, quæ sunt diuersa in figura, non sic agunt & patiuntur adinuicem. ergo magis illæ diuersæ naturæ debent poni principia actionis & passionis, quàm diuersæ figuræ. Deinde cùm dicit.

[VATAB.] *Præterea, quid nam est id quod mouet? Nam si aliud sit, affectioni erunt obnoxia: Sin uero quodque sese moueat, aut erit diuisibile, ita ut altera parte moueat, altera moueatur, aut in eodem inerunt contraria: & materies non modo numero una, sed & potentia, erit.*

[ANT. T.c.73. Idē seipsuꝫ mouere nō potest.] Amplius, quid est qđ mouet? si enim aliud, passiuum est: si autem ipsum seipsum, vnumquodq; aut diuisibile erit, secuudū aliud quidē mouens, secundum aliud autem motum, aut [T.c.74.] secundū idem contraria inerunt. Et non solū materia erit vna numero, sed & potentia.

Ostendit ꝙ corpora indiuisibilia non mouentur in vacuo, sicut dicebat Demo. tali ratione, si ista indiuisibilia mouentur in vacuo, quærendum est quid mouet ea. aut enim mouentur à se, aut ab alio: si ab alio, tunc ipsum indiuisibile est passiuum: ergo non est primum principiū actionis, sed potius ipsum mouens. Si autem mouetur à seipso, aut erit diuisibile, cum ſm vnam partem moueat & aliam moueatur, aut in eodem secūdum idem existēt contraria: mouere enim & moueri sunt contrariorum. vtrunq; autem istorum est impossibile. Sic etiam non solum esset materia contrariorum vna numero, sed etiam potentia esset vna: quod est impossibile. si enim in materia contrariorum esset vna potentia solum, non haberent ipsa contraria diuersas naturas: sic etiā non esset multitudo rerum, sed omnia essent vnum: quia omnia essent

A

ab eadem materia & ab eadem potentia numero. Cum enim actus & potentia non diuersificent speciem, si esset tantum vna potentia, esset tantum vna species. Est autē [Notabilia pulchra de potentia materię.] hoc intelligendum de potentia propinqua ad formas cōtrarias, quæ non est vna numero, sed diuersa. est.n. alia potentia remota, quæ est vna & eadem contrariorum: & hæc est prima materia, quæ secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. Deinde cùm dicit.

[VATAB.] *Qui igitur ob meatuum motionem passiones accidere inquiunt, si oppletis quoq; meatibus id euenire dicāt, meatus superuacanei sunt. Nā si passio ad hūc fiat modum, uniuersum ipsum etiam si foramina non habeat sed continuum sit, eodem pati modo potest. Insuper, qui fieri potest ut transpiciatur uti aiunt? Nam neque secundum tactus per perspicua transitio fieri potest, neque p meatus si singuli pleni sint. Quid.n. meatus habere an non, refert? totum enim similiter erit plenum.*

B

[ANT. T.c.75.] Quicunque quidem igitur per pororū motionem inquiunt passiones contingere, siquidē & plenis poris, superfluunt pori. Si enim patitur aliquid ita omne, & si non poros habens, sed ipsum continuum ens, patietur eodem modo. [T.c.76.] Amplius autem quomodo contingit de inspicere & videre, vt dicunt, neque enim ſm tactum contingit transire per transparentia, neque per poros, si plenus est vnusquisq;. Quid enim differt à non poros habere? omne enim sic erit plenum.

Reprobat prædictas opiniones quantum ad modos agendi & patiendi, quos ponebant. & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ ad actionem & passionem nō sunt necessarij pori. Secundo ꝙ nec quantum ad diuisionem corporum. ibi { Diuisibilibus autem. } circa primum duo facit. Primo ōndit ꝙ pori nō sunt necessarij ad actionem & passionem, Secūdo remouet quoddā dubium. ibi { Sed & si vacuū. } Circa primū ponit duas rōnes, quarū prima talis est. Quicūq; dicūt contingere passiones ex hoc, ꝙ actiuum mouetur in poris passiui, sicut isti dicūt, ꝙ res patitur cum impleti sunt pori: necesse est eos cōcedere, ꝙ pori sunt superflui. si enim aliquod corpus patit̃, quia actiuum tangit ipsum in poris, tūc illud patitur per actum actiui, & non per poros, etiam si non haberet poros, sed sit totum continuum patietur eodem modo propter tactum actiui: superflui ergo sunt pori. Secundam rationem ponit ibi { Amplius autem quomodo contingit. } Dicens, ꝙ isti non possunt dicere, quomodo videre & inspicere fiat, quando iste sensus fit per transparentiam, sicut per vitrum vel cristallum. Manifestum enim est ꝙ sentiens ſm tactum non transit per transparentiā, vt ad rem sensatā perueniat, quia illi sensus fiunt p distātiam. Nec iterum possunt dicere ꝙ sensus fiat per poros si plenus est vnusquisque pororum, sicut ipsi dicunt. nihil enim differt habere poros plenos, & non habere poros: quia totum corpus est transparens, sicut erit plenū. Deinde cum dicit.

At uero si & hæc quidem uacua sint, sed corpora in se necessario habeant, idem rursum accidet. Quòd si magnitudine tantilla sint ut nullū corpus admittere queāt, putare quod paruum est uacuum esse, quod magnum nō uacuum, nec quantulumcunq; quidem, aut dicere sese putare uacuum esse quippiam aliud præter corporis locum, ridiculum est. Quare, ut patet, uacuum omni corpori, mole æquabile erit. in summa, meatus facere, superuacaneum. nam si per tactum agat nihil, neque per

meat us

E *meatus sese insinuando aget. Sin uero quippiam ex eo agat quia tangit: etiam si meatus nulli sint, eorum quæ inter se agere ac pati nata sunt alia agent, alia patienter. Perinde igitur meatus astruere ut quidem existimãt: aut falsum esse, aut certe uanum, ex hisce constat.*

Sed & si vacua quidem hęc sint, necesse autem corpora in seipsis habere, idem contingit rursum. Si autem talia sint sm magnitudinem suam, vt non suscipiant corpus aliquod, ridiculum, paruum quidem existimare vacuum, magnum autem non esse vacuum. Qualecunque autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestum, quoniam omni corpori, s. sm tumorem ęquale erit vacuum. vniuersaliter autem poros facere F superfluum. si enim nihil facit sm tactum neque per poros transiens faciet. Si autem in tangendo & poris non existentibus, hæc quidem patientur, hęc autem facient ad seinuicem hoc modo innatorum. Quòd ergo ita dicere poros, vt quidam existimant, aut mendacium, aut inane est, manifestum ex his.

Remouet quoddam dubium, siue quandam falsam responsionem quæ posset dari. Posset enim aliquis dicere ꝙ pori & foramina sunt vacua: & hoc remouet dicens, ꝙ, si sint vacua, aut possunt in se recipere corpus implens ipsa, aut non. si possunt: ponatur ergo quod recipiant. Possibili enim posito in esse, quod ex eo accidit, non est impossibile. sequitur ergo id quod prius, s. ꝙ non semper cõtingat videre per transparens: quia impletis poris nihil videtur. Si autem pori tales sunt, ꝙ non possint recipere corpus implens, eò ꝙ sunt parui, hoc ridiculum est dicere, s. ꝙ paruum foramen, quod porus dicitur, sit vacuum: magnum autem spacium nõ sit vacuum, sed plenum corpore subintrante ipsum: quia qualitercunq; est vacuum illud siue magnum siue paruum, habet corpus sibi æquale implens ipsum. quod quidem patet per definitionem vacui. Vacuum enim nihil aliud est nisi regio siue spacium alicuius corporis susceptiuum. quapropter manifestum est ꝙ omni corpori in tumore suę quantitatis est æquale vacuum, si vacuum esse ponatur. Vniuersaliter autẽ superfluum est dicere poros esse propter actionem. aut. n. agens agit secundum tactum aut non. si non agit per tactum: ergo non agit intrinsecus in poris tãgens: ergo pori non sunt causa passionis. Si autem agit secũdum tactũ, etiam & non existentibus poris: dummodo actiuum tangat passiuum, quæ sunt innata agere & pati adinuicem, fiet actio & passio. Vlterius autem epilogat ꝙ ita ponere poros, vt quidam existimãt, aut est mẽdacium, aut inutile est ad actionem & passionem: & hoc est manifestum ex supradictis. Deinde cum dicit.

Possibili posito in esse nõ sequitur impossibile.

Vacuum.

VATAB. *Porro cum corpora omni ex parte diuisibilia sint, meatus facere ridiculum existit. nam quo diuisibilia sunt, hoc separari queunt.*

ANT. Diuisibilibus autẽ omnino corporibus existentibus, poros facere ridiculũ est: sm id enim ꝙ diuisibilia sunt, possunt separari.

Ostendit ꝙ pori non sunt necessarij ad corporis diuisionem dicens. Quod, cum omne corpus sit diuisibile, tã philosophicum q; mathematicum, ridiculum est ponere poros causa diuisionis: quia corpora possunt separari secundum id quod diuisibilia sunt. in talibus autem nõ est vacuum in poris: pori ergo non sunt cã diuisionis: quia aliter mathematica non essent diuisibilia.

LECTIO. XXIII.

Ex Duabus conditionibus propositis ac probatis, quonam pacto fiant Generatio & Actio & Passio ex eius sententia deducitur.

VATAB. *Quonam autem modo ea quæ sunt Generent agãtque ac Patiantur, sumpto initio sæpe iam dicto, declaremus oportet.*

ANT. T. c. 77. QVo autẽ modo existat Generare in rebus, & Facere & Pati dicamus, accipiẽtes principium dictum multotiens.

Postquam Philosophus posuit opinionem aliorum de agere & pati, siue de modis agendi vel patiendi, & reprobationes earum, in parte ista ponit opinionem propriam & veram. Et circa hoc duo facit. primo dat intentionem suam, secundo prosequitur intentum. ibi { Si. n. est. } Dicit ergo primo, ꝙ, postquam positæ & reprobatæ sunt opiniones aliorum de actione & passione, dicẽdum secundum rei veritatem quomodo existat vel fiat generatio: & qũo existat agere & pati in his quæ agunt & patiuntur. Adhoc autem perfecte videndum accipiẽdum est pro principio actionis & passionis illud quod multotiens dictum est. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Si enim aliud potentia aliud actu tale est, atque natum est non partim pati, partim non pati, sed uniuersim quatenus est tale, magis autem & minus quatenus magis & minus tale est: sic profecto melius quispiam meatus inesse dicet, sicuti in metallicis uenæ quædam rei affectui obnoxiæ porrigi solent.*

ANT. Si enim est hoc potestate, hoc autẽ actu tale. ac suapte natura aptũ natũ est non tum qdem pati, tum autem non pati, sed omnino secun- G dum quòd est tale: magis autem & minus sm ꝙ tale magis & minus. Et has res vtiq; aliquis dicet magis inesse, vt in metallicis: extendunt enim se passiue venę continuę.

T. c. 79. Conditio prima. Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit duas conditiones, quæ requiruntur ad actionem & passionem, Secundo probat primam cõditionem. ibi {Existimare autem} Circa primum ponit primo primam conditionem, quæ est, ꝙ patiens, quod est in potentia, non patitur sm quasdam partes, sed secundum omnes. Primo ergo præmittit quoddam principium manifestum, & est. Quod entium, quoddam est in potentia, & illud est passiuum, quoddam est in actu, & illud est actiuum. &, cùm ita sit, non est alia causa passionis, nisi quia receptiuum alicuius formæ recipit illam ab aliquo agente. impossibile est ergo ꝙ illud tale corpus, quod est in H potentia, sit receptiuum alicuius formæ: tum quidem, i. sm aliquas partes, tum autem nõ, i. sm quasdam nõ, sed oportet ꝙ sit omnino passibile, idest in oĩ parte. inquantum est in potentia. Potest tamen secundum aliquas partes magis recipere passionem ab agentis virtute causatã, & secũdum quasdam minus: quia forte passiuum magis est dispositum in vna parte q; in alia ad recipiendum formam, quam agens intendit inducere. Si autem aliquis dicat ꝙ magis passiua sunt magis porosa, sicut videmus in venis metallorum, ꝙ quę sunt rariores magis sunt dispositæ ad recipiẽdum formam metalli: & sic videtur, ꝙ pori sunt causa passionis. Dico ꝙ hoc non est verum, ꝙ foramina non sunt causa passionis, sed potius dispositionis materiæ, quæ à tali actiuo passibilis est, & non ab alio. Secundo cùm dicit.

An pori sint causa passionis.

VATAB. *Continuum igitur quodque, & unum existens, affectionis expers est. Similiter, & ea quæ tametsi agere et pati nata sunt, tamen neque sese tangunt, neque alia. Intelligi uolo, ut ignis non modo cum tangit, sed etiam si procul sit, calefacit. Nã ignis aerem, aer corpus excalefacit, cui, ut agat, patiaturq;, est insitum.*

ANT. T. c. 78. Continuum igitur vnumquodque & vnũ existens impassibile est. Similiter autem & non appropinquantia nec sibijpsis, neq; alijs, quæ facere nata sunt & pati. Dico autem. v. g. nõ solum tangens calefacit ignis, sed & si longe sit, (aerem quidem ignis, aer autem corpus calefacit) natus facere & pati.

Cõditio secunda.

Ratio cur agens & patiens sint locu & subo distincta.

Ponit secundam conditionem: & est, ꝙ agẽs & patiẽs debent esse diuisa & non continua: quia id, quod est continuum, non est passibile. Veritas autem huius propositionis ex hoc est, quia nihil patitur à seipso: quia non est magis ratio, quare vna pars eius agat & alia patiatur q; alia, cùm partes continui sint similis naturæ. Ista autem agentia & patientia, licet sint diuisa, oportet ꝙ sint in debita propinquitate. Omnia enim agentia naturalia habent determinatam virtutem, quæ, si vltra suæ virtutis proportionem elongentur à patientibus, nullum effectũ causare poterunt, sed, cum fiunt propinqua in se vel in alijs, tunc agens aget, & patiens patietur. Dico autẽ appropinquare sibijpsis, quando primum agẽs, & vltimũ patiẽs sunt immediata. appropinquare vero in alijs est, quando inter primum agens & vltimum patiens est aliquid quod agit & patitur. Agit autem in virtute primi. v. g. ignis non solum calefacit nos, quando tangit, sed etiam quando est longe: calefacit enim aerem, qui natus est calefieri ab igne, aer autem calefactus calefacit corpus nostrum. Deinde cùm dicit.

VATAB. *At fieri nõ posse ut quicquam parte altera patiatur, altera non patiatur: qui idipsum initio definire, dicant oportet. Si enim magnitudo non omnino omniq; ex parte sit diuisibilis, sed corpus aut latitudo indiuisibilis sit, non erit profecto quicquam omni ex parte patibile, sed ne continuum quidem. Quod si hoc falsum est, & omne corpus est diuisibile: diuisum ne sit, sed tangat, an diuisibile, nihil refert. Nam si per tactus segregari possit, perinde ut quidã affirmant: etiam si nondũ sit diuisum, poterit tamẽ esse diuisum. nullũ. n. emergit impossibile.*

ANT. T. c. 79. Tum quidem Existimare autem pati, tũ autem non determinantes ꝙ in principio hoc dicendum. Siquidem enim non vbique diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus ĩdiuisibile, aut latitudo, non vtique esse vbique passibile, sed neque continuum vllum. Si autem hoc mendacium, & omne corpus diuisibile, nihil differt dicere diuisum esse quidem, tãgere: aut vtique diuisibile esse. Si enim segregari potest secundum tactus, vt aiunt quidam: & si nondum est diuisum erit diuisum. possibile enim diuisum esse. fit enim nullum impossibile.

Oẽ corpus diuisibile pẽ primo cæli, t. c. z.

Probat tertiã conditionem dicens, ꝙ existimare sicut quidam existimant, ꝙ res quæ patitur, tum, i. secundum aliquam partem patitur: & tum non, i. secundum aliquam non patitur, hic determinandum est, & dicendum, ꝙ hoc falsum est. Si enim concederetur ꝙ corpus & magnitudo non vbique esset diuisibilis, sed diuiditur in indiuisibilia corpora, sicut dixit Demo. vel in indiuisibiles superficies. sicut dixit Plato, tunc verum esset quòd corpus non vbique, i. in omni parte sua esset passibile. Sic etiam esset verum, ꝙ nihil esset continuum, licet continuetur ad indiuisibile, non tamen componitur ex indiuisibilibus. A Si autem est mendacium hoc quod dicunt, immo, quia mendacium est: quia omne corpus est diuisibile, nihil differt dicere, ꝙ diuidatur, vel ꝙ sit diuisibile, vel ꝙ tangatur, vel ꝙ sit tangibile. Licet enim in poros diuidatur secundum Demo. tamen etiam est diuisibile in partibus, quæ poris interponuntur: quia istæ non sunt indiuisibiles: quæ tamen partes ponebantur indiuisibiles ab eis: et similiter est tangibile in illis. & ita secundum totũ est tangibile, & diuisibile, & passibile. Si enim potest segregare secundum tactus. i. secundum superficies in quibus est tactus: vt dicunt quidam Platonici. Et, si nondũ est diuisum, est tamen diuisibile. Posito ergo in esse possibili non accidit impossibile. Similiter etiam, si diuisibile sit in partes, posita diuisione in actu non sequitur impossibile. Secundum ergo totum, & quãlibet sui partem, est diuisibile & passibile. Deinde cum dicit.

Probat tertiam conditionem.

VATAB. *Omnino autem generationem ad hunc fieri modum,* B *nempe discissis corporibus, cancellos ægreditur rationis. Etenim sermo iste alterationem è medio tollit.* At idẽ *corpus, q̃q; continuum, alias liquidum, alias concretum uidemus, non diuisione aut compositione hoc passum, neque conuersione aut contactum, sicuti Democritus asserit. Nam neque transpositione, neque naturæ demutatione, ex liquido concretum euadere solet.* Neque *nunc dura concretaque indiuisibilia mole sunt: sed ex æquo quoduis, nunc liquidum, interdum uero durum, ac concretum existit.*

ANT. T. c. 80. Vniuersaliter autem generari, hoc mõ scissis corporibus, est inconueniens destruit enim hic sermo alterationem. Videmus enim idem corpus continuum cum sit, quandoq; quidem C humidum, quandoq; aũt coagulatum, nõ autem diuisione & compositione hoc patiẽs. neque conuersion, e & contactu, sicut ait Democri. neque enim transductum neque transpositum secundum materiam, neque transmissum coagulatum ex humido generatum est. Neq; autem nunc insunt dura & coagulata indiuisibilia tumoribus. sed similiter oẽ nunc humidũ, quandoq; autem durum, & coagulatum est.

Ostendit ꝙ prædicta opinio non est sufficiẽs ad actionem & passionem. & circa hoc duo facit. primo ostendit ꝙ non est sufficiens ad alterationem, immo destruit ipsam: secundo ꝙ nec sufficiens ad augumẽtum. ibi {Amplius autem.} Dicit ergo primo, ꝙ vniuersaliter ꝙ passio hoc modo fiat in rebus, quo quidam dicunt, ꝙ gene- D ratio fit scissis siue separatis corporibus per poros, est inconueniens. Destruit enim hic modus alterationem: in qua tamẽ soluatur passio & actio. Videmus enim ꝙ idẽ corpus continuum manens, quandoque quidem est humidum & liquidum, & quandoq; coagulatum, sicut glacies & aqua fluida: & tamen talis alteratio fit sine diuisione ipsius corporis continui, & sine aliqua alia compositione, & sine conuersione suarum partium: & absq; tactu diuerso in ordine componentium partium, sicut dicit Democri. Cum enim aliquod humidum coagulatur nõ transducitur extra naturam suam, ita ꝙ mutet substantiam: nec transponuntur partes mutando ordinem vel situm: neque transmittitur per liquefactionem: neque etiã nunc, quando scilicet humidum coagulatur, oportet ꝙ in aqua corpora indiuisibilia tumoribus, i. secundũ quãtitatem, subintrent ad causandam coagulationem, sed ipsum humidum quod coagulatur, et è conuerso, semper similiter se habet quantum ad hoc, ꝙ neque componuntur

Testimonium sensuũ.

Glacies est aqua secundũ subam sꝫ alterata.

tur partes, neque adduntur vel diuiduntur, neque mutāt ordinē vel situm. Patet ergo ꝙ prædicta opinio destruit alterationem. Deinde cum dicit.

VATAB. *Præterea, fieri non potest ut accretio decretione sit; non enim quoduis fiet maius: si accretio adiectio sit, & non totum mutetur uel admisto aliquo uel ipso per se mutato. Quod igitur generare ac agere, & generari ac pati inter sese mutuo sit, & quonam pacto id fieri queat, hoc quonam quidam fieri dicant, non tamen fieri possit, hoc modo sit definitum.*

ANT. T.c.81. Amplius autem neq; augmentationem possibile est esse & diminutionem. nō enim quodcunq; erit factum maius, siquidem erit appositio, & non omne mutatum, aut misto aliquo, aut ſm se transmutante. Quid igitur est generare & facere, & generari & pati adinuicem: & q̄uo contingit, & quomodo inquiunt quidam, non contingit autē, determinatū sit hoc modo.

Ostendit & quòd destruit augmentū. In augumentatione enim oportet ꝙ augeatur quælibet pars eius, quod T.c.32. augetur, vt supra dictum est. Sed, si augumentum fiat ꝑ additionem atomorum, vt ipsi dicunt, non erit augumētatio, sed quædam appositio corporis ad corpus: non ex hoc ꝙ quælibet pars istius compositi augumētatur. Itē, in augumentatione oportet ꝙ augumentans siue adueniens augumentato transmutetur in naturam eius, & ꝙ ipsum totum, quod augetur, transmutetur ab eo, quod sibi aduenit, de minori quantitate in maiorem quantitatē. Sed per additionem corporum atomorum ipsum totum non erit transmutans, idest non transmutabitur alio misto: idest aliquo corpore indiuisibili sibi addito, non transmutante ipsum de minori quantitate in maiorem. Et ipsum totum non erit ſm se transmutās: idest non transmutabit corpora indiuisibilia, quæ sibi adueniunt, & remanent incorrupta. Vnde signanter dixit alio misto: quia talia corpora non miscentur adinuicem, sicut grana frumenti in modio. Vltimo epilogat, & patet in litera.

LECTIO. XXIIII.

Mistionem destruentes rationes adducūtur: hinc mistionis à cæteris speciebus motus differentia posita, ea dissoluitur quæstio, an Mistio sit.

VATAB. *Restat ut de mistione contemplemur iuxta eundem doctrinæ modum, nam ex hisce, quæ initio proposuimus, hoc erat tertium. Considerandum autem est, quid mistio, quid mistile, quibus entibus, & quo pacto competat. & insuper, utrum sit mistio, an id falsum sit?*

ANT. T.c.82. Reliquum autem videndum de Mistione ſm eūdem modum methodi. Hoc enim erat tertiū propositorū à principio. Scrutandū aūt est quid mistio, & quid miscibile, & quibus existit entium, & q̄uo. Amplius aūt, vtrū ne est mistio, an hoc mendacium.

Sermo de mistione. Postquam Philosophus determinauit de tactu & de facere & pati, quæ sunt necessaria ad generationem, hic determinat de mistione, quæ fuit tertium eorum, de quibus supra promiserat se dicturum. Est enim etiam mistio necessaria ad generationem eorum, quæ ex elementis generantur. quando enim fit generatio simplicis elementi, tunc nulla fit mistio. Circa hoc ergo duo facit. primo manifestat intentionem suam, secundo prosequitur intentum. ibi{Impossibile est enim alterum.} Dicit ergo primo, ꝙ post prædicta, restat nos videre de mistione ſm eundem modum methodi. Et ideo, quia mistio,

E erat tertium eorum, quæ posuit tractanda. Quid autem intendat per hoc quod dixit, ſm eundem modum methodi, declaratum subdit: ꝙ perscrutandum est quid est mistio, & quid miscibile, & quibus existit entiū, idest, quæ contingit misceri. & vidēdum quomodo fiat: & si sit mistio, vel vtrum sit mendacium mistionem fieri: quia, hoc modo supra quæsiuit de alijs. Deinde cum dicit.

VATAB. *Nam fieri non potest, ut quid alterum alteri misceatur, sicuti quidam aiūt. Etenim cum ea quæ mista sunt, adhuc sint, nec alterationem subierint, non magis nunc quàm prius esse mista, sed similiter sese habere dicūt. Porro si alterum sit corruptum, non esse mista, sed alterum esse, alterum non esse: mistionem autem, eorum esse, quæ similiter sese habent.* Eodem *autem modo, & si postea quàm in unum ambo uenerint, utrunque eorum quæ miscentur, corruptum sit: non enim ea esse mista, quæ omnino in ratione rerum non sunt.*

F ANT. Impossibile est enim alterum altero misceri, quemadmodum dicunt quidam. Existentibus enim adhuc mistis, & non alteratis, non magis nunc mista esse, ꝗ prius, inquiunt, sed consimiliter se habere. Altero autem corrupto non mista esse, sed hoc quidem esse, hoc aūt non esse: mistionem autem similiter habentium esse. Eodem modo, & si ambobus cōuenientibus, corruptum est vtrunq; mistorum. non enim esse mista nullatenus existentia.

Prosequitur intētum. & circa hoc duo facit. primo ꝑtractat vltimam quæstionem, s. an mistio sit: Secundo penultimam quæstionē, s. quomodo mistio fiat. ibi{Continuam autem his.} T.c.85. Alias autem quæstiones non prosequitur: quia ex cognitione istarum reliquæ innotescunt. G Circa primum duo facit. primo ponit rationes ostendentes mistionem non esse, secundo soluit eas. ibi{Hic quidem videtur sermo.} T.c.83. Dicit ergo primo, ꝙ sunt quidā dicentes nō esse possibile mistionem fieri: & ad hoc probandum vtebantur tali ratione. An mistio. Quando miscibilia veniunt ad mistionem aut manent, sicut prius in forma & specie, aut non manent, sed corrumpuntur ambo, vel alterum: si ambo manent in forma & specie, sicut prius, & non alterātur, tunc non sunt magis mista ꝗ prius, sed cōsimiliter se habent. si autem alterum corrumpatur, nec etiam tunc erit mistio, sed corruptio vnius, & conseruatio alterius non corrupti. si autem ambo inuicem corrūpuntur, tunc etiā non erit mistio: quia nō possunt esse mista, quæ nullo modo sunt entia. Deinde cum dicit.

H *Hæc igitur ratio postulare uidetur ut quo mistio à generatione & corruptione, & quo mistile à generabili & corruptibili differat, definiamus. Perspicuum enim est, mistionem, si quidem sit, ab illis differre oportere. Quo fit ut hisce cognitis, quæ addubitata fuerūt solui queant. An uero neque materiam igni mistam esse, neque misceri dum comburitur aut ipsam suis partibus aut igni, sed ignem gigni, & materiam corrumpi dicimus.*

ANT. T.c.84. Hic quidem videtur sermo quærere q̄d differt actu mistio à generatione & curruptione: & quid miscibile à generabili & corruptibili. Manifestum enim ꝙ oportet differre, si est mistio. Quapropter his existentibus manifestis, quęsita soluentur vtiq;. At vero neq; materiā igni misceri dicimus, neque misceri cum exardet: Neque ipsam suis particulis, neque igni:

sed

sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.

Determinat propositam quæstionem. Et quia ratio negantium mistionem esse, quærit differentias mistionis & generationis, & miscibilis & generabilis, Ideo Philosophus primo ostendit differentiam eorum adinuicē, & mistionis ad alios motus, secundo soluit secundum propriam opinionem. VATAB. T.c.84. ibi{Quoniam autem sunt hæc quidem potentia.} Circa primum duo facit. primo ponit differentiam mistionis & generationis, secundo mistionis ad augmentum & alterationem. ibi{Secundum autem modum eundem.} Dicit ergo primo, quòd sermo eorum, qui negant mistionem fieri, videtur quærere differentiam mistionis et generationis. quærit etiam in quo differt miscibile à generabili & corruptibili. Manifestum enim est, quòd si est mistio, oportet eam differre ab alteratione, & augmento. & generatione, quæ sunt mutationes ad formam: & quando ista differentia erit manifesta tunc soluetur quæstio. Ponit ergo differentiam mistionis et generationis, cum dicit. At vero neque materia, dicens quòd materia non dicitur misceri generabili, sed potius effici actu per formam: nihil. n. T.c.15. aliud ad generationem requiritur ſm Aristo. in Quinto Metaphy. nisi agens reducens materiam pręexistentem T.c.15. in potentia ad actum. Vnde in Octauo Metaphy. dicit, ꝙ non est alia causa, quare partes definitionis sunt veræ vnum, nisi agens, quod reduxit ad actum, q̄d prius erat in potentia. materia enim, in qua generatur ignis, non dicitur misceri ligni, nec etiam formæ ipsius. similiter non dicimus ignem misceri lignis, cùm ardet ea. nec etiam dicimus, ꝙ materia ignis misceatur particulis ignis, neque ipsi igni, sicut dicimus ꝙ vnum miscibile miscetur particulis alterius miscibilis, & ipsi miscibili. Sed dicimus materiā ignis, sicut ligna vel aliud corrumpi, ignem autē generari. Ex quo manifeste potest cōcludi, ꝙ mistio nō est generatio neq; corruptio. Deinde cum dicit.

VATAB. Eodem *autem modo, neq; corpori alimentum, neque figuram, quæ ceræ molem afformat, cerę misceri dicimus. nec corpori albedinem, nec omnino affectus habitusq; rebus ipsis misceri possibile est: quippe cum ipsi salui cernantur. At uero nec albedinem & scientiam, nec aliud quicquam inseparabile, misceri cōtingit. Quinimmo nec id probe dicunt, qui omnia aliquando & simul esse & misceri inquiunt. non enim omnibus omnia misceri queunt: sed eorum, quæ miscentur, utrunque separabile quid esse oportet. affectuum autem nullus separabilis existit.*

ANT. Scd̄m aūt modum eundē neq; corpori cibū, neq; figuram cerę mistam, neq; figurā tumori, neq; corpus et albū, neq; totaliter passiones et habitus posse esse mista rebus. saluata enim videtur. Sed tn̄ neq; album & disciplinam cōtingit misceri, neq; aliud non separabiliū aliquod. Sed de hoc dicunt quidam non bene, qui omnia quandoq; simul esse dicūt, & mista esse. …oē oī …ibile. Nō enim omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrunque mistorum. passionum autem nulla separabilis.

…mistio …b alijs …ibus. Ponit differētiam mistionis ad alios motus. & primo ad augmentum dicens, ꝙ ſm eundem modum non dicimus cibum misceri corpori cibato: quia cibus transit in dominās corpus, quod manet ſm formam. sed neutrum miscibilium ita manet, sicut corpus cibatū. s. indiuisum & specie nullo modo alteratum: & sic patet, ꝙ mistio differt ab augmēto. Differt etiā ab alteratione, sicut primo

A patet in artibus. non. n. dicimus figurā misceri cerę, nec figurā misceri ꝗtitati, siue tumori: qa vtrunq; manet indiuisum à specie, nullo mō alteratū. Idē ostēdit in alterationibus naturalibus. non enim dicimus ꝙ albedo misceatur corpori, quando corpus fit album: & vniuersaliter nulla passio, & nullus habitus miscetur alijs reb⁹, sed sed sunt in eis sicut in subiecto. Et ratio huius est, quia ambo scilicet, tam accidens quàm subiectum videntur esse saluata & non alterata. similiter nullum accidens miscetur alij accidenti. Et vniuersaliter nullum, quod non contingit separari, & per se existere, potest misceri: quia omnia miscibilia primo sunt separata: & post mistionem separari possunt. Et propter hoc non bene dixerunt aliquando omnia fuisse simul, sicut dicitur in p̄mo Phy. Non enim Anax. & sequaces. T.c.32.33. omne cuilibet miscetur. sed oportet miscibilia esse talia, quorum vtrunq; possit separari, passio autem nulla est separabilis: & ideo nec miscibilis. Deinde cum dicit.

B VATAB. *Cum autem eorum, quæ sunt, alia actu sint, alia potentia, quæ mista sunt esse quodammodo & non esse cōtingit, actu quidem aliud existente eo quod ex eis factum est, potentia uero quippiam utriusque eorum, quæ erāt antequam miscerentur, & non esse perdita. id quod ratio prius addubitabat. Nam quæ miscentur, & prius ex separatis coisse, & posse rursum separari uidemus.* Igitur *neque permanent actu, uti corpus & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo aut alterum. nam eorum uirtus atque potentia, salua manet. iccirco hæc omittantur.*

ANT. T.c.84. Quoniam autem sunt hęc quidem potētia, hęc autem actu entium, contingit mista esse aliqualiter, & non esse, actu quidem ente aliquo C generatio ex ipsis, potentia autē adhuc vtroq;, quæ erant anteꝗ miscerentur, & non partita. Hic autē sermo quęsiuit prius. Videntur enim quæ miscentut prius, ex separatis conueniētia, & possibilia separari rursus. Neq; manent igitur actu, vt corpus & album, neque corrumpūtur, neque alterū, neque ambo. saluatur. n. virtus eorum. ideo hęc quidem derelinquantur.

Soluit prædictam quæstionem dicens, quòd entium quædam sunt entia in potentia, & quædam in actu. vnde mista, postquam mista sunt, contingit aliqualiter esse, & aliqualiter non esse in misto. Q̄uo miscibilia sunt in misto post mistionē. Sunt enim ibi in potentia, saluata tamen virtute eorum, sed non sunt ibi actu. ipsum enim generatum est aliud ab ipsis miscibilibus siue mistis, & est in potentia ipsa miscibilia, quæ ante mistionem sunt separata. ita contingit post mistionem sepa- D rari, licet in misto non sint abinuicem diuisa. & hoc est quod sermo habitus, siue ratio negantium mistionem quæsiuit, scilicet quomodo elementa manerent in misto. videmus enim quòd ea, quæ miscentur, conueniunt ex prius separatis: & postquam conueniunt rursus separabuntur: quia leuia aliquando ascendent & grauia descēdent. Cum enim elementa, quæ sunt in misto, sint ibi præter naturam, quia sunt extra propriam regionem, Elnta sunt in misto ꝑter naturā. vt dicitur secundo de Cœlo: quòd autem est præter naturam non potest esse sempiternum: necesse est ipsa separari, non ergo manent elementa in misto actu sine aliqua alteratione, sicut corpus album: nec ambo nec alterum corrumpuntur omnino, sicut in generatione & corruptione: saluatur enim virtus eorum. Ad euidentiā aūt huius quęstionis duo sunt consyderanda, super quæ ista Digressio pulcherrima. quæstio est fundata. Primum est qualiter elementa veniant ad mistionem, Secundum est, q̄uo elementa sunt in misto. Circa primū sciēdū est, ꝙ ſm dicta Philosophorum,

Qūo elñta veniant ad mistionem naturaliter & nō p violentiam.
T.c.12.17.
T.c.primi.

primum mouens elementa ad mistionem est immiscibile: et hoc est ipsum cœlum, siue astra lata in ipso, quod est diuersum à natura quatuor elementorum, vt probatum est in Primo de Cœlo & Mundo. Nam sicut ostēdit Philosophus in Primo Metheororū, iste mūdus quatuor elementorū est de necessitate continuus, i. cōtiguus superioribus motibus, vt oīs ipsius virtus gubernet̄ inde: quia illud oportet putare primam causam, quod omnibus est principium motus: tale autem est ipsum cœlum: & ideo ibidem subdit, ꝙ causa eorum, quæ accidunt circa ignē, terram, & alia elementa, est virtus eorum, quę semp mouentur. Vnde in eodē dicit, ꝙ sphæra ignis mouetur circulariter, & etiam sphæra aeris, licet nō tota, per raptum firmamenti. Habent etiam aliæ stellæ specialem effectū in aliquibus elementis, sicut sphæra Solis, in qua est effectus caloris, et est nata mouere ignē: & sphæra Lunæ est nata mouere aquam, sicut ad sensum patet. aliæ autem sphæræ .v. planetarum natæ sunt mouere aerem: & ideo aer tot diuersis motibus mouetur. Est enim in aere frig⁹ congelatiuum ex sphæra Saturni: & æstus ex sphæra Martis, & temperies in calido ex sphæra Iouis. & temperies in frigido ex sphæra Veneris. commiscibilitas & passibilitas facilis ex sphæra Mercurij. Sphæra autē stellarum fixarum, quæ est octaua, in qua sunt multæ imagines & figuræ, mouet terram: vnde & in ipsa figurantur imagines multæ in generatis. Licet ergo elementa leuia non descendant ex se, nec grauia ascendant ex se: tamē ex motoribus vniuersalibus ordinantibus motum, aliquādo descendunt leuia, & ascendunt grauia. Huiusmodi autem conueniens exemplum est in qualitatibus actiuis & passiuis corporis animati. non enim in animali semp mouetur calidum secundum naturam ignis, nec agit actum ignis omnino: sed potius mouetur in id, ad quod dirigitur ab anima, & agit ad terminum & finem intentum ab ea: sicut Philosophus dicit contra Empedo. in Secūdo de Anima. Cùm autem motus cœli, & opus naturæ sit op⁹ intelligentiæ, vt dicit Philosophus, non semper sequuntur elementa proprium impetum sui motus: sed aliquando mouebuntur in id, ad quod per voluntatem intelligētiæ dirigentur, siue per virtutem stellarum, si de propinquo, siue instrumentali motore loquamur. Hoc autē manifestum est per exemplum de vapore terrestri eleuato à terra: sicut dicitur in Primo Meteororū, qui per virtutē Solis ascendit ad calidam regionem aeris. Et de vapore humido & aquoso similiter ascendente. vnde, cum in aere sint quædā partes ignitæ & aereæ & aqueæ & terreæ mouentur à seinuicem ascendendo & descendendo. Qđ autem ignis sit in aere, patet per Philosophum in Primo Meteororum. Dicit enim ꝙ ambitus ignis p aerem frequenter spargitur motu, idest per virtutem cœlestis motus, & fertur violentia deorsum: & ideo sunt aliquæ partes ignis & in rore & in vaporibus pluuialibus descendētibus: quas vapores accipiunt in regione aeris calefacta: & ideo aquæ pluuiales sunt vaporosę & calidæ. Et hæc etiam est causa ꝙ niue descendente non est tanta intensio frigoris: sicut in alijs hyemalibus temporibus. sic ergo, cùm pluuia & rore & alijs huiusmodi descendunt partes ignitę ad locum mistionis. Ex his patet ꝙ ad mistionem non mouet violentia, sed natura: & ideo mistio non est violenta sed naturalis. Circa secūdū aūt diuersi diuersimode opinantur. Sunt enim quidam dicentes, quòd qualitatibus actiuis & passiuis ad medium redactis aliqualiter per alterationem, formæ generales elemētorum manent in misto: quia, si non manerent, corruptio quædam erit in misto. Rursus etiam, quia aliter simplicia corpora, elementorum rationem amitterent. Elemētum enim est ex quo componitur aliquid, & est in eo, vt dicitur Quinto Metaphy. Sed ista opinio est impossibilis. Impossibile enim materiam secundum idem, diuersas formas elementorum suscipere. Si igitur in corpore mi-

Prima causa cœlum.

Sphærę cœli hn̄t spāles effectus in elementis. Sphęra Sol. mouet ignē Lunę, aquā, alię .5. aerē Sphæra stellarū fixarū mouet terram.

T.c.37.

Cap.4.

Qđ ignis sit in aere.

Niue descēdēte cessat intensio frigoris.

Qūo elñta sint ī misto. Aui. quam ponit Aui. 3. cęli. c. 67.

Elñtū qd.

T.c.4.
Impugnatio h⁹ opi.

E sto formæ substantiales elementorum saluarentur, oportebit diuersis partibus materię eas inesse: materia autem diuersas partes accipere est impossibile, nisi præintellecta quantitate in materia. sublata enim quantitate, materia indiuisibilis permanet: sicut patet in Primo Physico. Ex materia autem sub quantitate existente, & forma substātiali adueniente, corpus physicum constituitur. Diuersæ igitur partes materiæ formis elementorum subsistentes plurium corporum rationem suscipiunt. multa autē corpora impossibile est esse simul. Nō igitur in qualibet parte corporis misti erunt quatuor elementa: & similiter nō erit vera mistio, sed ad sensum, sicut accidit in congregatione corporum insensibilium ptopter paruitatem. Præterea Quælibet forma substantialis propriam dispositionem acquirit in materia, sine qua esse non potest: vnde altera est via ad alterationem, altera ad corruptionem. impossibile autem est eandem esse dispositionem, quam F requirit forma ignis, & quam requirit forma aeris, vel aquæ, sed sunt contrarię: contraria autem esse non possūt in eodem subiecto. Impossibile est igitur, ꝙ in eadē parte misti sint formæ substantiales ignis, & aquæ. Si igitur mistio fiat remanentibus formis simplicium corporum; sequitur ꝙ non sit mistio, sed solum ad sensum: quasi iuxta se positis partibus insensibilibus propter paruitatem. Quidam vtriusque rationes vitare volentes in maius inconueniens inciderunt. Vt enim mistionem ab elementorum corruptione distinguerent, dixerunt formas substantiales elementorum aliqualiter remanere in misto: Sed rursus, ne cogerentur mistionem ad sensum, & non secundum veritatem ponere, posuerunt ꝙ formæ elemētorum non manent in misto secundum suum complemētum, sed in quoddam medium reducunt. Dicunt enim ꝙ formę elementorum suscipiunt magis & minus, & habēt contrarietatem adinuicem. Et quia hæc manifestę repugnant communi opinioni & dictis Aristotelis dicentis G in prædicamentis, ꝙ substantiæ nihil est contrarium: & ꝙ non recipit magis & minus: Vlterius procedunt, dicētes, ꝙ formę elementorum sunt imperfectissimæ, vtpote materiæ primæ ppinquiores: vnde sunt mediæ inter formas substantiales, & accidentales. Et sic, inquantum accedunt ad naturam formarum accidentalium, magis & minus suscipere possunt. Hæc autem positio multipliciter improbabilis est. primo, quia esse aliquid medium inter substantiam & accidens est omnino impossibile: esset enim aliquid medium inter affirmationem & negationem. proprium enim accidentis est in subiecto esse, substantiæ vero in subiecto non esse: formæ autem substantiales sunt quidē in materia, sed non subiecto. nā subiectū est hoc aliquid, forma autem substantialis est, quæ facit hoc aliquid, non autem præsupponit ipsum. Item, ridiculum est dicere medium esse inter ea, quæ non sunt vnius generis, vt probatur in Decimo Metaphy. mediū enim H & extrema ex eodem genere esse oportet. nihil ergo medium esse potest inter substātiam & accidens. Vnde impossibile est formas elementorum suscipere magis & minus. Omnis enim forma recipiens magis & minus est diuisibilis per accidens, inquantum, s. subiectum potest eā participare vel magis vel minus. Secundum autem id, quod est diuisibile vel per accidens vel per se, contingit esse motum continuum, vt patet in Sexto Physi. si igitur formæ substantiales elementorum suscipiunt magis & minus, tam generatio ꝙ̃ corruptio erit motus cōtinuus: quod est impossibile. Nam motus continuus non est nisi in tribus generibus, scilicet in quantitate, qualitate, & vbi. Oportet igitur alium modum inuenire, quo & veritas mistionis saluetur: & tamen elementa non totaliter corrumpantur, sed aliqualiter in misto remaneant. Cōsyderandum est igitur quòd qualitates actiuæ & passiuæ elementorum contrariæ sunt adinuicem, & magis & minus recipiunt. ex contrarijs autem qualitatibus, quæ

suscipiunt

Alia opio Aui. 3. cœli comen. 67.

Cap. de sb̄stantia.

Impugnatio h⁹ opi.

T.c. 22.

Opi. ppria.

suscipiunt magis & minus constitui potest media qualitas, quæ sapit vtriusq; extremi naturā: sicut palidum inter albū & nigrū. Sic igitur remissis excellentijs elementariū qualitatū, constituitur ex eis quædā qualitas media, quæ est propria qualitas corporis misti, differens tñ in diuersis s̄m diuersam mistionis proportionē: & hæc q̄dē qualitas est propria dispositio ad formā corporis misti, sicut qualitas simplex ad formā corporis simplicis. Sicut igitur extrema inueniuntur in medio, quod participat naturam vtriusq;, sic qualitates simplicium corporū inueniuntur in qualitate corporis misti. Qualitas autem simplicis corporis est quid aliud à forma substantiali ipsius: agit tñ virtute formæ substātialis. alioquin calor calefaceret tm̄, non autem forma substantialis educeretur in actum, cùm nihil agat supra suā speciem. Sunt igit̄ virtutes formarū substantialiū simpliciū corporū in corporibus mistis, nō actu, sed virtute. Et hoc est qđ dicit Philosophus. non manent igitur elementa, s. in misto, actu, vt corpus album: nec corrumpūtur, nec alterum, nec ambo: saluatur enim virtus eorum.

Propter variam forte Auctoris sētentiam, sui quoq; sectatores iter se cōtrarij sūt.

LECTIO. XXV.

Aliorum opinionibus de Mistionis modo ppositis ac reiectis, propriaʒ ac veram sententiam adducit.

VATAB. *Dubitationem autem hisce continuam, edisseramus oportet, utrum mistio quippiam ad sensum sit uerbi, gratia, cum ea quæ miscentur ita in parua diuisa fuerint, et hoc pacto iuxta sese posita, ut nullum sensu dignoscatur, tunc ne mista sunt an non. Sed sit ut eorum quæ mista sunt, particula quælibet iuxta quamlibet sit: Illo igitur modo mista esse dicuntur, ut ordeacea grana frumētaceis, cùm quodlibet iuxta quodlibet positum est.*

ANT. T.c.85. Continuā autem his questionem dicēdū; vtrum ne mistio ad sensum sit, vt quādo ita in parua diuiduntur quę miscentur & ponūtur adinuicem hoc modo, vt non manifestū sit sensui vnumquodq;, tunc mista sunt. Aut non sunt: sed est vt quæcunq; secus quamcunq; sit particulam mistorum. dicitur enim sic illo modo. v. g. ordeum mistum frumento, quando quodcunq; secus quodcunque ponetur.

Postq; Philosophus determinauit mistionē esse, hic determinat qūo fiat mistio. Et circa hoc duo facit. primo ponit opiniones aliorum de modo mistionis, secundo ponit opinionē propriā. ibi {Sūt itaq; vt diximus.} Circa primū duo facit. primo ponit opiniones aliorū. scđo reprobat eas. ibi {Si aūt est oē corpus.} Circa primum sciēdum est, ꝙ de modo mistionis duplex fuit opinio. Vna fuit ꝙ tunc solum mistio fiat, quando miscibilia diuiduntur in tam minima s̄m quantitatem, ꝙ sensus ea percipere non pōt: & quando illa minima fuerint secus inuicem posita non alterata, tunc dicunt fieri mistionem: & hanc opinionem primo ponit Philosophus. Scđam opinionē ponit. ibi {Aut non sunt.} Quæ fuit talis. Quod, cùm miscibilia sunt diuisa, nū ita vt sistat diuisio in minima s̄m sensum, sed sistat in minima s̄m materiā, s. ꝙ non sit accipere minus, quod seruet materiā, & operationem miscibilis. Conueniunt. n. ambæ istę opiniones, ꝙ dicūt mistionē esse s̄m minima. sed differunt, quia prima ponit minima quo ad sensum, scđa minima s̄m materiā. Dicit ergo Philosophus, ꝙ dicendum est et determinandū continuā q̄stionē, s. si ita sit, vt dicit prima opinio, vel sicut dicit secūda, quæ dicit, s. ꝙ diuiso corpore in minima simpliciter, quælibet pars eius est secus quācunq; partē alterius. Dicitur. n. sic à quibusdā. v. g. sicut si diceremus ordeū mistū cū frumēto: licet. n. illa discernant̄, tū sunt minima sui generis. Et ad sīitudinē istorū dicūt fieri mistionē

T.c.87.

A elñtorū, qñ in minima simpl'r diuiso elemento, q̄libet ps vnius est iuxta partem alterius. Deinde cùm dicit.

VATAB. *At si omne corpus sit diuisibile, si corpus corpori mistum similare sit, partem quamlibet secus quamlibet esse oportebit. Atq; cum fieri nequeat ut in partes minimas diuisio fiat, et compositio non idem sit, quod mistio, sed aliud, non oportere dicere quæ miscentur esse mista secundum partes exiguas, quæ suam adhuc retineant naturam, perspicuum est. compositio enim esse, non temperatura, aut mistio, nec pars eandem cum toto haberet rationem. Dicimus autem, si quid misceri debeat, quod mistum est, similium esse partium, & quemadmodū aquæ pars aqua est, ita & temperati temperàtum. Quod si mistio sit compositio secundum partes exiguas, nihil horum accidet, sed solum esse mista ad sensum.*

B ANT. Si autē est omne corpus diuisibile, si est corpus corpori miscibile homiomeros: quācunq; partem cuicunq; propinquam esse oportebit.

T.c.86. Quoniam autem nō est in minima diuisio. neq; compositio idē qđ mistio, sed aliud, manifestum ꝙ neq; s̄m parua saluata oportet quæ miscentur dicere mista esse. Compositio enim erit & non temperamentū, neq; mistio, neque habebit eandem rationē cum toto pars. Dicimus autem oportere si mistum est aliquid, mistum homiomerum esse. vt quemadmodum aquæ pars aqua, ita & temperati. Si autem s̄m parua compositio esset mistio, & nihil contingeret horū: sed solum quidē mista ad sensum.

C Destruit prædictas opiniones: & primo per rōnem cōmunem ambabus, secundo per rationem propriam. ibi {Et idē huic.} Dicit ergo primo, si omne corpus est diuisibile, si corpus corpori est miscibile: de rōne misturę est ꝙ quælibet pars vnius miscibilis sit homiomera: et oportet ꝙ quælibet pars sit iuxta quamlibet partem alterius miscibilis. Quoniam autem mistio non est compositio diuisorum in minima latentia sensum, sicut dicebat prima opinio, nec etiam sicut dicebat secunda: manifestū est quòd non erit mistio s̄m parua saluata in speciem & virtutem: quia tunc esset potius quædam compositio, & non mistio: nec haberet quælibet pars eandem rationem cum toto. Nos autem dicimus, quòd, si est aliquod mistum, oportet ipsum esse homiomerū, i. eiusdem rationis in parte & in toto. & sicut quælibet pars aquæ est aqua, ita quælibet pars misti est mistum. Si autem mistio esset compositio secundum parua, vt dicebat vtraque opinio, licet differenter, nihil horum contingere, sed solum D mistio ad sensum, & non secundum veritatem. Deinde cum dicit.

Mistum homiomerū eē oportet.

Atque idem huic quidem si acute non uideat esse mistum, Lynceo uero non esse mistum uidebitur. Neque diuisione, adeo ut quæuis particula iuxta quamuis posita sit, mistio sit. nam fieri non potest: ut corpora sic diuidantur. Aut igitur non est mistio: aut hoc rursum est dicendum, quo pacto, inquam, fieri possit.

Et idem huic quidem mistum, si non videt quis acute: lynceo autem non mistum videbitur. Neq; diuisione vt quęcunq; secus quācunque pars. ipossibile enim ita diuidi. Aut igitur non erit mistio, aut dicendum est hoc quomodo contingit fieri rursus.

Ponit proprias rationes. Et primo contra primã opinionẽ, dicens ꝙ, si hoc modo fiat mistio, sicut prima opinio dicebat, illud quod esset vni mistũ, puta ei qui videt acute, esset alteri non mistũ, puta linceo videnti acute.

Secundo arguit cõtra secundam opinionem. ibi{Neque diuisione.} Dicens ꝙ mistio non est ex diuisione minimorum: quia in minima simpliciter impossibile est diuidere corpus, ita ꝙ in eis stet diuisio. si autẽ minima essent physica, tunc esset cõgregatio & non mistio. Aut igitur mistio non est, cum hi duo modi esse non possint: aut rursus dicendum est, quomodo contingit mistionẽ fieri. Deinde cum dicit.

VATAB. *Sunt itaque (uti diximus) eorum quæ sunt, quædam actiua, quædam quæ ab hisce pati solent. Quædam igitur conuertuntur, suntq; inter se mutuo actiua & passiua, quorum uidelicet eadem est materies. Quædam uero agunt & non patiuntur, nimirum quibus materies eadem non est. Horum igitur non est mistio. Quare nec medendi scientia sanitatem, nec sanitas eandem, mista corporibus efficiunt. Eorũ uero actiuorũ & passiuorũ, q̃ facile diuisibilia sunt, multa quidem paucis & magna paruis composita mistionem non faciunt, sed accretionẽ eiusce quod euincit. Nam alterum, in id quod euincit uerti solet. ut gutta uini, decies millenis aquæ mensuris non miscetur. etenim forma uini perit, atque uinum in totã aquam uertitur.*

ANT. T.c.87. Sunt vtique, vt diximus, entium hæc quidẽ actiua, hęc autem passiua ab his. Hæc quidem igitur conuertuntur, quorum eadem materia est, & actiua adinuicem & passiua abinuicem: hęc autem faciunt, sed impassibilia sunt, quorum non est eadem materia. Horum quidem igitur non est mistio. ideoque neque medicina facit sanitatem, neque sanitas est mista corporibus. Actiuorũ autem & passiuorum quęcunque sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis & magna paruis composita, non faciunt mistionem, sed augmentationem dominãtis. trãsmutatur enim alterum in dominans. Ideo gutta vini in mille millijs amphoris aquæ non miscetur: soluitur enim species & transmutatur in totam aquam.

T.c.88. Multa paucis adiũcta, & è contra nõ faciunt mistiones, sed augmẽtationem. Gutta vini i 10000 amphoris aq̃ nõ miscet.

Determinat de modo mistionis ẜm ꝓpriã opinionem. & primo præmittit quãdã diuisionẽ necessariã ad propositũ oñdendũ dicẽs, ꝙ sicut supradictũ est, entiũ quędam sunt actiua, quædã passiua ab his, s. actiuis. sed istorũ, quędã cõicant in materia, & talia in agendo & patiendo adinuicẽ cõuertunt: quædã vero sunt, quorũ non eadẽ materia est: & taliũ licet vnũ agat, & reliquũ patiatur, nõ tñ in hoc conuertunt adinuicẽ. Scđo ibi. {Horũ quidem igit non est mistio.} Prosequit intẽtũ. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit quæ non sunt miscibilia, siue ex quib⁹ non põt fieri mistio, scđo ostendit qñ, & ex quibus fiat mistio. ibi{Qñ aũt potentijs adæquant.} Tertio redit iterũ super primũ, vt melius manifestet quę nullo modo sunt miscibilia. ibi{Qñ aũt alterũ.} Dicit ergo primo ꝙ eorũ, quæ non cõicant in materia, nõ põt esse mistio: & ideo licet medicina faciat sanitatẽ, nõ tñ patitur à sanitate: & ideo misceri ibi non põt. Neq; sanitas vel aliquod accidens miscetur corporibus, & talia immiscibilia sunt ex sui natura. Quædã aũt, licet sint miscibilia ex sui natura, tñ per accidens misceri non possunt. Et quæ sint ista

T.c.89. T.c.89. fi.

E declarat. ibi{Actiuorum & passiuorum.} Dicens ꝙ si multa de genere actiuorum & passiuorum componantur, & magna paruis, non faciunt mistionem, sed faciunt augmentum prædominantis: per cuius virtutem, alterũ scilicet paucum, vel paruum transmutatur in alterũ prædominans. Et ideo gutta vini in mille millibus amphoris aquæ, non miscetur cum ipsa aqua: quia forma siue species eius transmutatur, & corrumpitur in totã aquã. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cum uero potentias habẽt quodammodo æqualeis, tum utrunque è sua quidem mutatur natura in id quod uincit ac superat, non tamen fit alterum, sed inter utrũque medium atque commune. Patet igitur ea esse mistilia, quæcunque ex agentibus contrarietatem habẽt. hæc enim inter se passiua sunt.*

ANT. T.c.89. Quando autem potentijs adęquantur ęqualiter, tunc transmutatur vtrunque in dominãs ex suijpsius natura, non generatur enim alterũ, sed medium commune. Manifestum igitur, quoniam hæc sunt miscibilia, quæcunque factiua contrarietatem habent: hæc sunt enim abinuicem passiua.

F Oñdit ex quibus & quando fiat mistio: & circa hoc tria facit. primo ostẽdit quãdo, & ex quibus fiat mistio: secundo ostendit quę faciliter miscẽtur. ibi{Et parua autem.} Tertio quę difficulter. ibi{Multũ autem.} Dicit ergo primo, quando potentiæ miscibiliũ adæquãtur, tunc vnumquodque miscibilium* æqualiter dominatur: & vnumquodq; ad alterũ tanq̃ ad dominãs transmutatur, & vnumquodq; ex suijpsius natura ẜm aliquid transmutatur. Nec tamẽ vno corrupto aliud generatur, sed fit medium inde cõmune, quod participat omniũ virtutes miscibilium coniunctorum. Manifestũ est ergo ꝙ hæc sunt miscibilia, quæcunq; sunt de numero facientiũ siue agentium, & habent cõtrarietatẽ: quia hæc sunt adinuicẽ passiua: & hoc est primo quod requiritur in miscibilibus.

*Legitur in quibusdã co. & recte aliqualiter.

Miscibilia sunt actiua & passiua adinuicẽ.

G Cõtra hoc aũt quod hic dicitur obijcitur à quibusdã, quia sic miscibilium potentiæ adæquantur. tanta est virtus resistendi quanta est virtus ad agendũ: & ita nec agẽt nec patientur adinuicem. Item obijciunt Auic. & Algazel. dicentes, ꝙ si miscibilia adęquantur in misto, nõ magis inclinabitur illud mistum sursum, q̃ deorsum, vel ad aliquam aliam loci differentiam: cum nullum sit in ipso prædominans elementorum. & adhuc sequitur, ꝙ quilibet motus ẜm triplum magis est violentus q̃ naturalis: & similiter est de loco. Sequeretur etiam ꝙ oĩs mistio esset vna. & ita ex similibus in quantitate & qualitate essent caro, & ossa, & lapis, & cætera mista: quod est impossibile. Ad quod dicendũ est, ꝙ, cũ omnis mistio naturalis sit propter generationem, non sic sunt intelligenda verba Philosophi ꝙ in misto sit æqualitas virtutũ & potentiarũ, vt prima ratio ꝓcedebat: nec etiam oportet ꝙ ibi sit æqualitas quantitatis ipsorum miscibilium. sed est intelligendũ ꝙ ibi sit æqualitas proportionis, quã requirit forma rei generandæ, ꝓp quam est mistio. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Deinde cum dicit.

Dubium. Quia tria elnta violẽter mouẽtur. Solutio. H

VATAB. *Parua autem dum paruis admouentur, propensius misceri solent. quippe cum ea facilius celeriusque sese transmeent.*

ANT. Et parua autem paruis posita secus miscent magis: facilius. n. inuicem & citius transeunt.

Quę faciliter miscẽtur.

Ostendit quæ faciliter & bene miscentur. dicẽs, quòd quando parua miscentur paruis, tunc facilius fit mistio: quia talia facilius & citius transeunt per seinuicem alterando. Deinde cum dicit.

At

VATAB. *At multum tardius hoc idem efficit patiturq; à multo. Iccirco ex hisce, quæ diuidi possunt patiq; solent, quæ facile terminos suscipiunt, ea mistilia sunt: quippe quæ facile in parua dirimantur. hæc enim est eius, quod facile terminatur, ratio Verbi gratia. quæ liquida sunt, inter corpora maxime mistilia sunt, cum liquidum maxime omnium diuisibilium facile terminari possit, modo non sit uiscosum, atque tenax. Hæc enim molem reddũt ampliorem atque maiorem.*

ANT. Multum autem & à multo tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia diuisibilia et passiuorum miscibilia. Diuiduntur enim hęc in parua facilius: hoc enim est bene determinabile esse. v. g. humida miscibilia maxime corporum. Bene determinabile enim maxime humidum diuisibilium, si non viscosum sit: hæc etenim vtique ampliorem & maiorem solum tumorem faciunt.

Humida sunt bñ miscibilia nisi sint viscosa aut lubrica.

Ostendit quæ tarde & de difficili commiscẽtur dicẽs, ꝙ, quando multum miscetur multo, tunc tardius & difficilius commiscentur. & hoc ideo: quia difficilius adinuicem alterantur, & tardius transeunt per seinuicem. Requiritur etiam ad facilem mistionẽ, ꝙ miscibilia sint bene terminabilia adinuicem passiua. & hoc ideo: quia bene terminabilia cum sint subtilia, & humida, facilius diuiduntur in parua, quæ facilius commiscẽtur q̃ magna. hoc enim est bene terminabile, quod est bene diuisibile in parua. v. g. humida quæ sunt inter cætera corpora bene miscibilia. & hoc ideo: quia humidum inter alia corpora est magis diuisibile in parua, nisi illud humidum sit viscosum: quia sicut dicitur in Quarto Meteororũ, partes humidi viscosi coniacent, sicut glutinum, propter mistum eis subtiliter siccum: quod apprehendit vndiq; humidum: & non sinit elabi oleum. Quando vero aquæ admiscetur: quia lubrica simul iuncta, vel lubricum humido compositum: auget tumorem siue quantitatẽ, sed non miscetur ei, sic, ꝙ quælibet pars eius alteret & alteretur ab eo ad mediã naturam misti. Deinde cum dicit.

Quæ difficulter miscentur. T.c.28. Vñ hũidũ sit viscosũ.

VATAB. *Cum autem alterum duntaxat passiuum fuerit, aut alterum uehementer & alterum admodum remisse: uel nihilo uel certe paulo maius euadet quod ex utriusque mistura consurgit. quod, in stanno & ære accidit.*

Nonnulla enim entia, inter se minus discreta sunt, ambiguntq;. uidentur enim quodammodo & remisse misceri, & quasi alterum susceptiuum, alterum forma esse, q̃d quidem, & in hisce accidit. Nam stãnum quasi affectio quædam sine materia, æris, pene euanescit, misturæ toti colore solũ indito. q̃d idem, & in alijs quoque usu uenit.

ANT. Quando autem alterum solum passiuũ erit, aut vehementer, hoc autem valde parum, aut nihilo maius est id, quod ex ambobus mistum est, aut parum. quod contingit circa stannum, & ęs. Quædam enim balbutiuntur adinuicem, & epafoterizant. Videntur enim aliquantulũ ac remisse mista esse. & alterum quidem susceptiuum, alterum autem species: quod in his contingit. stannum enim vt passio aliqua sine materia æris, pene euanescit mistum omne, colorans solũ. Idem autem hoc contingit in alijs.

VATAB. T.c.90.

Ostẽdit iterum primum, vt melius declaret quę sunt, quæ nullo modo misceri possunt, dicens, ꝙ, quando so-

A lum alterum est passiuum, ita ꝙ non agat in alterum, talia nullo modo miscentur: & hoc est, quando miscibilia non communicant in materia. Qñ vero cõcant in materia, sed vnum vehementer agit, & alterum vehementer patitur, & non tantum agit quantum primum, neque talium potest esse mistio. vel si est aliqua, parum relinquetur de eo quod vehementer patitur: sicut patet in stanno & ære. si enim in ære liquefacto miscetur modicum de stanno, tunc stannum per vehemẽtiam actionis æris euaporat: & nihil forte remanet, nisi calor quidam: & est simile balbutientibus, qui vna litera prolata, aliam distincte non proferunt. idem etiam contingit in multis alijs. Deinde cum dicit.

VATAB. *Patet igitur ex his quæ diximus, mistionem esse, & quid ea sit, & quam ob causam, & quænam entia mistilia sint. quandoquidem nonnulla sunt eiusmodi, quæ & pati inter se, & facile terminari diuidiq; possunt. Hæc. n. cum mista sunt non esse corrupta, nec ultra eadem simpliciter esse, nec eorum mistionem esse cõpositionem, nec ad sensum, necesse est. Sed mistile quidem est, quando cũ facile definiri queat passiuum est & actiuum, & ait q̃d est eiusmodi, mistile. nã mistile, ad cognomine dici solet. Mistio uero, est mistilium alteratorum unio.*

B

ANT. Manifestum igitur ex his quę dicta sunt, ꝙ est mistio, & quid est mistio, & quare est, & quę sunt miscibilia entium, quoniam sunt quędam quasi passiua abinuicem, & bene determinabilia, & bene diuisibilia. Hęc enim, neque corrupta esse necessarium est quando mista, neque adhuc simpliciter eadem esse quæ prius. neq; compositionem esse mistionem eorum, neque ad sensum. C Sed est miscibile quidem quodcunque bene determinabile ens passiuum fuerit & actiuum, & tali miscibile est. ad homiomerum enim miscibile. mistio autem est miscibiliũ alteratorum vnio.

Recapitulatio.

Recapitulat quæ dicta sunt de mistione: per quod etiã quarta quæstio declaratur, quæ fuit primo proposita in principio huius capituli, dicens manifestum esse ex his quæ dicta sunt, & ꝙ est mistio, & quid est, & quare est: quia propter passionem & actionem contrariorum. Et dictum est etiam quæ sunt miscibilia: quãdo ista passiua adinuicem, & bene terminabilia: & talia sunt bene diuisibilia. Dictum est etiam, ꝙ ad hoc ꝙ sit mistio, necessariũ est ꝙ miscibilia nõ sint simpliciter corrupta, nec sunt simpliciter eadem, vt prius. sunt enim corrupta quantum ad formas, & remanent quantum ad virtutem, vt supra ostensum est. Adhuc etiam ostensum est, ꝙ mistio non D est compositio minimorũ ẜm naturam, sicut dicebat vna opinio: nec minimorũ ẜm sensum, vt dicebat alia. talia. n. minima non sunt miscibilia. Sed illud est miscibile, quod cùm sit bene determinabile, est actiuum & passiuum: & illud quod admiscetur cum tali miscibili, est miscibile ad homiomerum. i. facit cum alio mistum, quod est eiusdẽ rationis in toto & in partibus. Patet etiam ꝙ mistio est miscibilium alteratorum vnio. Quæ quidem alteratio solum est intelligenda in virtutibus siue qualitatibus eorũ. Sed, si etiã alteratio sumatur improprie, mistio est miscibilium alteratorum, i. corruptorum ẜm formas vnio.

T.c.84. in digr.

Qũo mistionis diffõ intelligitur.

Primi libri de Generatione Finis.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE LIBER SECVNDVS,

Cum S. Thom. expositione.

SVMMA LIBRI.

De Elemẽtorum Principijs & numero inquirit & ipsorum Generatione, & de Mistorum item generatione meminit, & generationis, & corruptiõis cãs inuestigat.

LECTIO. I.

Præmittitur huius libri intentum. Antiquorum præterea ac propria de materiali generationis elementorum principio opiniones tractantur.

VATAB. *DEmistione igitur & tactu, & actione & passione, quo pacto hisce competãt, quæ natura mutationem subeunt: et insuper de ortu & occasu simplici absoluto que qualiter fiat, cuius sit, & quam ob causam: tum etiam de alteratione quid sit alterari, & quam quodque eorum habeat differentiam, dictum est. Restat, ut circa ea, quæ elementa corporum appellãtur, contemplemur. Nam generatio & corruptio, substãtijs omnibus, quæ natura constant, haud sine sensibilibus corporibus competunt.*

ANT. T. c. 1. DEmistione quidem igitur & tactu, & facere & pati dictum est quomodo existãt his quæ transmutantur ſm naturam. Amplius autem de generatione & corruptione simpliciter, & quomodo est, & propter quam causam. Similiter autem & de alteratione dictum est, quid est alterari, & quam habeat dſriam eorũ vnũqd̃q̃. Reliquum autẽ cõsyderare circa vocata Elemẽta corporum. Generatio quidem & corruptio omnibus natura subsistentibus substantijs est non sine sensibilibus corporibus.

POstquam Philosophus in Primo libro determinauit de generatione & corruptione in communi, & de motibus consequentibus, ſ. de alteratione & augumẽto, nunc in secundo libro determinat de generatione & corruptione in speciali, scilicet de generatione & corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit. primo recapitulat ea quæ dicta sunt in primo libro, & continuat dicta dicendis dando intentionem, Secundo prosequitur intẽtum. ibi {Horum autem subiectam.} Dicit ergo primo, q̃ dictum est iam in primo libro de mistione & de tactu, & de facere & pati, quomodo existunt his quæ transmutantur secundum naturam. amplius etiam dictũ est de generatione & corruptione quomodo existat, & propter quam causam, similiter etiam dictum est de alteratione quid est, & in quo differt à generatione & corruptione. Relinquitur autem in hoc Secundo libro consyderare de corporibus, quæ elementa vocantur, antequã consyderemus in libris de Generatione & Corruptione corporum specialium: sicut lapidum, & metallorum, & plantarum, & animalium. & hoc ideo, quia omnes substantiæ, quæ generantur & cortumpuntur, non sunt sine istis sensibilibus corporibus, ſ. quatuor elementis. Dicũtur autem elementa antonomasice sensibilia: quia eorũ differentiæ siue principia, quæ sunt quatuor qualitates, scilicet calidum, frigidum, humidum & siccum, sunt causæ omnium aliarum qualitatum tangibilium. Deinde cum dicit.

Quia mista sunt ex quatuor entis. Elenta dicũtur antonomasice sensibilia.

VATAB. *Quorum subiectam materiam quidam unam esse aiunt, eam aerem, aut ignem, aut quippiam inter hæc medium, quod & corpus sit & separabile ponentes. Quidam, numero plures una. alij enim ignem & terram, alij & hæc, & tertium aerem, alij & aquam inter hæc quartam, uti Empedocles. ex quibus concretionem secretionemue, aut alterationem subeuntibus, ortum atque occasum rebus ipsis contingere dicunt.*

ANT. T. c. 2. Horum autem subiectam materiam, hi quidem esse inquiunt vnam, vtputa aerem ponẽtes, aut ignem, aut aliquod horum medium, qd̃ & corpus est & separabile. Hi aũt plures, numero, q̃ vnam: quidam. n. ignẽ & terram, hi autem & hæc, & aerem tertium. hi autem & hoc & aquam quartum, vt Empedocles. ex quibus congregatis & segregatis, & alteratis, aiunt contingere generationem & corruptionem rebus.

Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo inquirit de substantia & numero eorum, secundo de mutua ipsorum generatione & corruptione. ibi {Quoniam autem determinatum est.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materiali principio & formali elementorum, secundo de numero eorum. ibi {Quoniam autẽ quatuor elementa.} Circa primum duo facit. Primo determinant de principio materiali, secundo de formali. ibi {Sed nõ minus.} Circa primum duo facit. Primo determinat de materia elementorum secundum opinionẽ aliorum, secundo secundum opinionem propriam. ibi {Nos autem dicimus.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones aliorum, secundo reprobat eas. ibi {Quoniam quidem igitur principia.} Dicit ergo primo quòd quidam fuerunt, qui posuerunt tantum vnã materiam elementorum. Sed isti diuersificati sunt: quidã enim dixerunt quòd illa materia erat aer, quidam vero quòd ignis. sed isti diuersificati sunt. quidam enim posuerunt quoddam corpus medium, igne quidem dẽsius, aere autem subtilius. Conueniunt omnes isti in hoc, q̃ dixerunt ipsam materiam elementorum esse corpus separabile actu, & per se existens. Alij vero fuerunt, qui dixerunt materiam elementorum esse plurificatam per numerum, & isti etiam diuersificati sunt: quia quidam dixerunt ipsam esse ignem, & terram, quidam vero addũt tertium, scilicet aerem, quidam addunt quartum, scilicet aquam, sicut Empe. Dicunt autem tam ponentes duo q̃ ponentes plura duobus, quòd per congregationem & segregationem ipsorum fit generatio & corruptio in rebus. Deinde cùm dicit.

T. c. 2. T. c. 16. T. c. 6. fin. T. c. 6. Antiquorũ opiniones de elntorũ generatiõe de principio materiali.

Qd̃ igit̃ prima ipsa, principia elemẽtaq̃ pbe dicant, sit in cõfesso, ex quibus si aut cõgregatione segregatione, aut alia mutatione transmutentur, generationem fieri contingat atque corruptionem. Sed qui unam ultra ea quæ sunt dicta, materiam faciunt, eamq̃ corpoream atque separabilem, errant. Nam fieri non potest, ut corpus hoc, cum sensibile sit, sine contrarietate existat. Etenim infinitum hoc, quod nonnulli principium esse dicunt, aut leue aut graue, aut calidum, aut frigidum sit, necesse est.

ANT. Quoniã igitur prima principia & elementa bene se habet dicere, q̃ sit cõfessum ex quibus trãsmutatis aut ſm cõgregationẽ, aut segregationem, vel ſm aliã transmutationem cõtingit generationẽ esse, & corruptionem. Sed facientes quidẽ vnam materiam extra prædicta, hãc aũt corporeã, & separabilem, peccant. Impossibile enim sine cõtrarietate esse corpus hoc sensibile. aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum, necesse infinitum hoc, quod quidam dicunt esse principium.

Impoſe est corp. sensibile eẽ sine contrarietate.

Reprobat prædictas opiniones. & hoc primo, secundo quasi incidenter reprobat opinionem Platonis ibi. {Vt autem in Timæo scriptum est.} Aduertendum autem est circa primum q̃ non reprobat opinionem ponentium plura elementa: sed ad præsens concedit eam tãquam propinquam aliqualiter veritati. vnde dicit, q̃ sit concessum illis, qui ponunt plura elementa esse principia, per quorum transmutationem fit generatio & corruptio. siue ista transmutatio sit cõgregatio & disgregatio, siue quæcunq̃ alia transmutatio, isti quodammodo bene dicũt. Reprobat autem primam opinionem: vnde dicit, facientes vnam materiam, & hanc corpoream, & separabilem ab omni contrarietate, & ab omni forma elementali, sicut q̃ est medium inter ignem & aerem, peccant: quia impossibile est q̃ corpus sensibile sit sine contrarietate. Oportet enim q̃ illud corpus infinitum, quod ipsi dicũt esse principium, sit aut graue, aut leue. & siquidem erit leue, mouebitur ad locum ignis: si autẽ graue, mouebitur ad locum terræ: cuius autem motus est & locus, illius est & forma, quam motus & locus sequuntur: ergo est terra vel ignis: & sic per consequens est calidum aut frigidũ: & sic non erit separabile à cõtrarietate, & à forma elementali, vt ipsi ponebant. Deinde cum dicit.

Nota intentionẽ Philosophi. Primũ principiũ atque elemẽtũ, sæpius apud Arist. cõfundi, alterũq̃ pro altero sumi, notissimum est. Reprobat opi. ponentiũ vnã materiã ĩ actu elemẽtorũ.

VATAB. *Quod autem in Timæo est scriptum, nihil habet certi definitique. Nam nec ille plane dixit an id quod omnia suscipit ab ipsis separetur elementis, nec ullo uti solet, cùm tamen prius dixerit illud uocatis elementis, ut aurum aureis operibus, esse subiectum. quamquam id non recte dicitur, si hoc dicatur modo. Sed quorum est alteratio, ea ita sese habent: quorum uero generatio atque corruptio, ea ex nomine eorum ex quibus fiunt, appellari impossibile est. At qui longe uerissimum esse inquit, dicere quodque aurum esse. Verum cum solida ipsa elementa sint, ad plana usque resolutionem facit. Ad primam materiam esse plana ipsa, de numero eorum est quæ fieri nequeunt.*

ANT. T. c. 4. Vt autem in Timeo scriptum est, nullam habet determinationẽ. Nõ enim dixit manifeste pandèches si separatur ab elementis. Neque vtitur vllo, cum dixit, esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aurum operibus aureis certe. quãq̃ & hoc non bene dicitur hoc modo dictum. Sed quorũ quidẽ est alteratio, ita est. Quorũ aũt est generatio & corruptio impossibile illud enũciari, ex quo generatum est. Sed tñ inquit longe verius est esse aurum dicere vnũquodq̃ esse. Sed elemẽtis entibus solidis vsque ad planiciem facit dissolutionem. impossibile autem matrem & materiam primam planam esse.

T. c. 5. Materia prima est si cu mater.

Reprobat opinionem Platonis de principio elementorum, dicens, Quod illud, quod dixit Plato in Timæo, nullam habet determinationem: quia nihil dixit determinate & manifeste. Non enim dixit manifeste & determinate, si illud principium, quod vocauit pandexes, i. receptaculum omnium, separatur ab elementis: ita quòd sit aliquando actu existens sub forma elementi, vel non. Neque etiam dixit, q̃ esset aliquod materiale principium ipsorum elementorum. sed dicit q̃ subiectum elementorum se habet ad elementa, sicut aurum se habet ad opera operata ex auro. Sed certe hoc non bene dicitur: quia impossibile est q̃ id, qd̃ est subiectũ generationis, sicut materia, dicatur de ipso generato: sicut non dicimus q̃ caro fit terra, sed terrea. Similiter illud quod alteratur non recipit prædicationem passionis in recto, non enim potest dici q̃ homo fit albedo, sed albus. Plato tamen dicit q̃ verius est dicere vnumquodque opus factum ex auro esse aurum, quàm ipsum esse tale. Sicut verius est dicere phialam factam ex auro esse aurum, quàm phialã: ita etiam verius erit dicere ignem vel aquam vel aliud generatum esse ipsum subiectum, quàm esse ignem vel aquã. Potest ergo breuiter sic ratio formari. Impossibile est q̃ subiectum generationis prædicetur in recto de generato: sed subiectum, quod ponit Plato, prædicatur in recto de elemẽtis: ergo impossibile est q̃ sit subiectum generationis & corruptionis ipsorum. Adhuc etiam peccat Plato. quia, cum elementa sint corpora solida, dicit tamen quòd materia eorum dissoluitur vsque ad superficiem, vt patet in Tertio de Cœlo & Mundo. impossibile enim est q̃ materia prima, quę est sicut mater, sit superficies. Deinde cum dicit.

Primũ Platonis lapsũ. Secũs Plato. lapsus. Rõ Arist. cõtra Plato. Tertiũ Pla. lapsus. T. c. 3.

VATAB. *Nos autem sensibilium corporum quandam esse materiam dicimus, sed eam separari non posse, sed semper esse cum contrarietate, ex qua elementa uocata fiunt. de quibus alibi exactius est definitum, atque pertractatũ.*

Verum enim uero, cum ad hunc modum ex materia corpora prima constent, de hisce quoque determinemus oportet, supponentes materiam inseparabilem quidem, sed contrarijs subiectam, principium atque primum esse. non enim calor frigori, nec frigus calori, sed quod subijcitur utrique, materia existit. Quare primo, quod potentia sensibile corpus existit, principium est. Deinde, contrarietates ipse, ceu calor, & frigus. Postremo, ignis & aqua & quæ sunt eiusmodi. hæc enim in sese transmutari solent. nec res perinde habet, ut Empedocles & cæteri asserunt. non enim esset alteratio. At contrarietates ipsæ transmutari in se non solent.

ANT. T. c. 6. Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium: sed hanc non separabilem, sed semper cũ contrarietate, ex qua generantur vocata elementa. determinatũ est autem de his certius, & in alijs. Sed tamen qm̃ & hoc modo sunt ex materia prima corpora, determinandum & de his Porro. Principium quidem & primum esse materiam, inseparabilem, atque subiectam contrarijs antea suppo namus. neque enim calidum materia est frigido, neq̃ hoc calido, sed subiectum amborum.

Primũ principium materiale.

Secundum — Quapropter primũ quidem potentia corpus id, quod ſenſibile, princium eſt: ſecũdũ autem contrarietates, dico aũt, v. g. caliditas, & frigiditas: tertio aũt neq; ignis & aqua & talia. Hæc quidẽ tranſmutantur adinuicẽ, & nõ vt Empe. & alij dicunt: neq; enim eſſet alteratio. contrarietates autem non tranſmutantur.

Tertium.

Determinat de materia, quæ non eſt ſeparabilis ſimul ab omni forma elementi, nec ab omni contrarietate elemẽtorũ ſm propriã opinionẽ, dicẽs, q; eſt aliqua vna materia ſenſibilium corporũ, ſ. elementorũ, quæ nõ eſt ſeparabilis ſimul ab oĩ forma elementi, nec ab oĩ cõtrarietate: ſed ſemp eſt ſub aliqua forma & aliquibus qualitatib⁹ cõſequẽtib⁹ ipſam formã: et ex iſta materia generanť ſenſibilia corpora, quę vocanť elemẽta. Excuſando aũt ſe à maiori declaratione, dicit q; determinatũ eſt in alijs certius, ſ. in Tertio Cœli & Mundi. Sed, quia ibi nõ eſt plene determinatus modus, ſm quẽ ex materia generantur corpora prima, determinandum eſt hic qũo generentur. Ad horũ. n. manifeſtationẽ dicit ſumendũ eſſe pro principio hoc quod dictũ eſt, ſ. q; eſt materia vna ſubiecta cõtrarijs, inſeparabilis ab eis: quia ſemp eſt cũ altero cõtrariorũ. & hoc probat p hoc, q; caliditas non põt eſſe materia frigiditatis, nec è conuerſo: ſed oportet aliquod eſſe tertiũ, vt dicit in. 12. Meta. & in primo Phyſi. q; eſt ſubiectũ amborũ cõtrariorũ, & de vno tranſmutat in aliud. & ideo Primũ principiũ eſt id, qd eſt potentia corpus ſenſibile, & illud eſt materia iã dicta: Scd'm vero principiũ ſunt cõtrarietates qualitatũ diſtinguentes & determinãtes potẽtiã materiæ. v. g. caliditas, & frigiditas & hmõi. Tertium iã erit elemẽtũ cõſtitutũ ex his, puta ignis, vel aqua, vel hmõi, & alia elemẽta, q̃ tranſmutanť adinuicẽ, dũ eorũ cõis materia mutatur de vna forma in aliã, vt de igne in formã aeris & ſimiliter de alijs. Vnde nõ eſt verũ q; Empe. dixit, & quidã alij, ſ. q; elementa nõ trãſmutãtur. ſi. n. immutabilia ſunt, vt q; ſolũ fuit ignis ſemp ſit ignis, tunc nunq̃ eſſet generatio, nec alteratio: qd eſt manifeſte falſum. quia ſm cõtrarietatẽ tranſmutantur. ſicut videmus ad ſenſum, q; eadẽ materia, q̃ nunc eſt ſub frigiditate aquæ, aliquãdo eſt ſub caliditate aeris: & q d'erat ſub caliditate aeris, aliqñ eſt ſub caliditate ignis. Cũ ergo huiuſmodi qualitates conſequantur formas ſubſtantiales elementorum, ſicut effectus cauſam ſequiť, dicendum q;, ſi fiat trãſmutatio ipſarum qualitatum, q; etiam fit tranſmutatio in formis ſubſtantialibus.

T. c. 53.

T. c. 10. & 12.

T. c. 71.

LECTIO II.

Quæ nam qualitatum tangibilium elementorũ formalia principia ſint, ac illorum primæ differentiæ.

VATAB. — *Verum nihilo minus & ut corporis ſunt, qualia & quot principia ſint, dicamus oportet. Nam cæteri ſuppoſitis utuntur, nec cur talia ſint, aut tot numero dicunt.*

ANT. — Sed non minus erit corporis qualia & quot dicendum principia. Alij quidẽ enim ſupponentes vtuntur & non dicunt, quare talia aut tot ſint.

De principio formali. — Poſtq̃ Philoſophus determinauit de principio materiali elementorum, hic determinat de principio formali. Et primo dat intentionem ſuam, ſecũdo proſequitur intentum. ibi {Quoniam igitur quærimus.} Dicit ergo primo, q; nõ minus debemus dicere de principio formali elementorum q̃ de materiali. Et intelligo per formale principium ipſas ſenſibiles qualitates, potentiã materiæ, vel materiam diſtinguentes: ſecundum quas illa corpora qualia ſunt. Inquirit enim hic Philoſophus principium corporum ſenſibilium, inquãtum ſenſibilia ſunt, vt ipſe dicit in litera. Si autem dicatur q; velit inquirere principia formalia ſubſtantialia, tunc dicendum eſt, q;, quia formæ ſubſtantiales ſunt nobis ignotæ, quia inſenſibiles: ideo per iſtas qualitates, quæ ſunt ĩmediata principia tranſmutationis ſubſtantialis, dat intelligere ipſa formalia principia ſubſtãtialia. & ideo dicit, q; etiã oportet dicere quales, & quot ſunt iſtę qualitates. Ideo autem de iſtis determinare oportet: quia alij philoſophi non reddunt cauſam, quare ſunt, ſed ſolum ex ſuppoſitione vtuntur eis. Deinde cum dicit.

Cùm igitur corporis ſenſibilis, hoc eſt tangibilis, principia diſquiramus: ſenſibile autem ſit quod tactu ſenſum facit: conſtat non omnes corporis contrarietates, ſpecies & principia facere, ſed eas ſolum, quæ ſub tactum cadũt. nam contrarietate, eaq; tangibili differunt. Quocirca nec albor, nec nigror, nec dulcedo nec amaritudo, nec itẽ cæterarum quicquam contrarietatum, elemẽtum facit. — VATAB.

Qm̃ igiť querimus corporis ſenſibilis principia, hoc aũt eſt tangibile, tangibile autẽ cuius eſt ſenſus tactus, manifeſtum, qm̃ non omnes cõtrarietates corporis ſpẽs & principia faciũt, ſed ſolum quę ſm tactũ. nã ſm cõtrarietatẽ diſferunt, & ſm tangibilem cõtrarietatẽ: ideo neque albedo & nigredo, neq; dulcedo & amaritudo, ſimiliter autẽ neq; aliarum contrarietatũ aliqua facit elementum. — ANT. T. c. 7.

Proſequitur intentum: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit q; non oẽs contrarietates ſunt formæ elementorum perfectiuę, ſed ſolũ tangibiles. ſecũdo q; nõ oẽs tangibiles, ſed ſolũ primę: & oſtendit quæ ſunt primæ. ibi {Ipſorũ aũt tangibilium.} Dicit ergo primo, q;, quia nos quærimus principia corporis ſenſibilis, & non omnis ſenſibilis, ſed ſolũ tangibilis: tangibile aũt ſolũ eſt ſenſus tactus: manifeſtũ eſt q; nõ oẽs cõtrarietates faciũt ſpecies, ſiue corporis ſenſibilis, ſed ſolũ illæ, quæ ſunt ſenſibiles ſm tactũ: & ideo nec albedo, nec nigredo, nec dulcedo, & amaritudo, nec aliqua alia ſenſibilis qualitas, q̃ nõ eſt tangibilis, facit elementa. Et huius cã eſt: quia non ſunt primę, nec actiuæ, nec paſſiuæ adinuicem, cuiuſmodi oportet eſſe principia primorũ corporũ, ſ. elemẽtorũ: & iõ non trãſmutant ea, q̃ tãgunt: & propterea nõ valẽt ad gñationẽ & corruptionẽ elemẽtorũ. Deinde cũ dicit.

At qui uiſus tactu prior eſt. quare & quod ei obijci tur, prius erit. verum non eſt corporis tangibilis affectio, quatenus tangibile exiſtit, ſed per aliud, quamquam natura prius eſt. — VATAB.

Quamuis prior viſus tactu. quapropter & ſubiectum prius. Sed non corporis eſt tangibilis paſſio ſecundum q; tangibile, ſed ſecundum aliud, & ſi ſit natura prius. — ANT.

Remouet quoddam dubium. Cum enim quærat hic Philoſophus formas perfectiuas corporum elementorum, &, cum viſus ſit prior tactu (& ideo obiectum viſus ſit prius obiectio tactus) potius videtur quòd formæ perfectiuæ elementorum ſint quærendæ penes differentias viſus quàm tactus. Sed hoc remouet dicens, q; quãuis viſus ſit vno modo prior tactu, quia forma etiam dignitate prior eſt omnibus ſenſibus: & ideo obiectum viſus prius eſt obiecto tactus: tamẽ qualitas, quæ eſt obiectum viſus, non eſt corpus tangibile ſm q; tangibile: etiã ſi viſum contingat eſſe ſecundum naturam primũ: prior enim forma eſt & dignitate & fine omnibus ſenſibus. Et ſi eſt, vt dictum eſt, & obiectum viſus prius eſt obiectis aliorum ſenſuũ, non tamẽ omne viſibile, ſed ſolum lumẽ ſiue lux: qa p ipſam mouet cœlũ materiã gñabiliũ & corruptibiliũ corruptibiliũ ad omnem formam. tactus autem ſubiecto prior eſt: quia ſubſternitur omnibus ſenſib⁹, vt patet Secundo de Anima. & ſuæ contrarietates ſunt cauſæ omnium contrarietatum. et hoc patet, quia nõ ſentimus ſm tactum, niſi id quod excellit ſm qualitates complexionatas medio tactus, quod eſt caro: & illæ ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quarũ nulla eſt in cœlo: & ideo cœlum ſm naturam nõ eſt ſenſibile tactu, ſed ſolum elemẽta, in quibus ſunt quatuor qualitates, ex quibus fit complexio & tactus. Deinde cum dicit.

Scd'm quid obm viſus eſt prius obiecto tactꝰ & è contra.

Tex. c. 17.

Cœlũ nõ ẽ ſenſibile tactu.

VATAB. — Porro *ipſorum tangibilium qualeſnam ſint primæ differentiæ & cõtrarietates, diſtinguamus oportet. Sunt autem tangibiles contrarietates, hæ, calidum, frigidum, ſiccum humidum, graue leue, durum, molle, uiſcoſum, aridum, ſcabrum glabrum, craſſum tenue.*

ANT. Tex. c. 8. — Primum autem diuidendę ſunt ipſorum tangibilium differentiæ & contrarietates. Sunt autem contrarietates ſecundum tactum hæ, calidum & frigidum, humidum & ſiccum, graue leue, durum molle, lubricum aridum, aſperum lene, groſſum & ſubtile.

Septẽ cõtrarietates ſecũdũ tactũ — Oſtendit q; non omnes qualitates tangibiles ſunt formæ perfectiuæ elementorum, ſed ſolum primæ, actiuæ et paſſiuæ ſunt adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo diuidit qualitates tangibiles, Secundo oſtẽdit q; ſolum hæ quatuor, ſ. calidum, frigidum, humidum, & ſiccum ſunt actiuæ & paſſiuæ. ibi {Horum autem.} Tertio oſtendit q; ipſæ ſunt primæ: quia ad ea omnes aliæ reducũtur. ibi {Subtile autem & groſſum.} Dicit ergo primo, q; diuidendæ ſunt tangibiles qualitates, ſiue cõtrarietates, vt videamus quæ earum ſint primæ. Sunt autem contrarietates ſm tactum hęc, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, graue leue, durum & molle, lubricũ aridum, aſperum lene, groſſum & ſubtile. Rarum autem & denſum, vt in Quarto Phy. dicitur, non ſunt qualitates Phyſicæ, ſed poſitio partium materię ſm propinquum, in denſo: et ſecundum remotum, in raro. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 10.

Ray & denſu nõ ſunt Phy. quali. Tex. c. 84.

Contrarietates ſecundum tactum ſeptem.

Calidum } Frigidum }	Aſperum } Lene }
Graue } Leue }	Groſſum } Subtile }
Durum } Molle }	Humidum } Siccum }
Lubricum } Aridum }	

VATAB. — *Ex quibus graue et leuè neq; actiua ſunt, neq; paſſiua. non enim q; alterũ quippiam agat patiaturne ab altero, dicunť. At elemẽta ipſa inter ſe mutuo actiua ſint & paſſiua, oportet: nam miſcentur, & in ſeſe uiciſſim mutanť.*

ANT. — Horum aũt graue quidẽ & leue neq; actiua, neq; paſſiua. non enim in faciendo aliqd aliud, neq; in patiendo ab alio, dicuntur. Oportet autem actiua inuicem & paſſiua eſſe elementa: miſcentur enim & tranſmutantur inuicem.

Oſtẽdit q; hæ ſolum quatuor qualitates ſunt actiuæ et paſſiue adinuicem, & per cõſequens q; ſunt formæ elemẽtorum. Sed, qa graue & leue ſunt propriæ qualitates elementorum, de quibus poſſet videri q; eſſent ipſorum formalia principia, ideo primo dicitur, q; nõ ſunt actiua nec paſſiua. et hoc declarat per modum ſignificãdi modum ipſorum: quia non ſignificãt actionem vel paſſionem, cũ non ſint nomina verbalia: cum autem elementa miſceantur & tranſmutentur adinuicem, oportet quòd ſint actiua vel paſſiua: talia autem eſſe non poſſunt, niſi per formalia ſua principia. Ex his igiť manifeſte ſequitur, quòd nec graue nec leue ſunt formalia principia elementorum.

Deinde cùm dicit.

Calidum autem frigidumq; & humidum ac ſiccum, illa quidem q; actiua ſint, hæc uero q; paſſiua, dicuntur. Calidum enim eſt, quod ea congregat quæ eiuſdem ſunt generis. Nam ſegregare (id quod ignem facere aiunt) eſt cognata & quæ eiuſdem ſunt generis congregare. accidit enim, ut aliena eximat. Frigidum uero, quod ex æquo cogit ac congregat tã quæ eiuſdẽ ſunt generis, q̃ quæ diuerſi. — VATAB.

Humidum autẽ, quod cùm facile terminos ſuſcipiat, proprio nõ deſinitur. Siccum uero, quod proprio termino belle deſinitur, alieno ægre. — ANT.

Calidũ qd,

Calidum enim & frigidum, humidum & ſiccum, hæc quidem quia actiua ſunt, hęc aũt quia paſſiua, dicuntur. Calidum enim eſt, quia cõgregat homogenea. Segregare. n. quod inquiunt facere ignem, eſt homogenea congregare: contingit enim eximere aliena. Frigidũ autẽ, quod coniungit & congregat ſimiliter & homogenea & æterogenea. humidum enim indeterminatum proprio termino, bene terminabile eſt alieno. Siccum autẽ bene terminabile proprio termino, difficulter aũt terminabile alieno.

Frigidum. — Humidũ. Tex. c. 9. — Siccum.

Oſtendit q; hæ quatuor qualitates, ſ. calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, ſunt actiuæ & paſſiuæ. Et primo oſtendit hoc de calido & frigido, dicẽs, q; calidum & frigidum ſunt actiua, humidum & ſiccũ ſunt paſſiua. Sic dicuntur, i. ſic conſignificant eorum nomina: & hoc præcipue ſm græcos, qui forte habẽt nomina verbalia actiones & paſſiones conſignificãtia. Deinde declarat hoc idẽ per definitiones ipſorum. calidum enim eſt, quod cõgregat homogenea ſibi: quia ſubtile, quod calido eſt conueniens, attrahit. licet enim calidũ ſegreget, ſicut dicunt quidam ignem facere, tamen illud ſegregare eſt congregare: quia congregando homogenea ſegregat ætherogenea p accidens. Quòd autem frigidum ſit actiuum, patet etiam per hoc: quia congregat omnia, tam quæ ſunt eiuſdem naturæ, q̃ illa, quæ ſunt diuerſæ. Aliquando enim aqua, terra, palea, & huiuſmodi per coagulationem factam à frigido congregatur. Secundo ibi. {Humidũ enim.} Oſtẽdit q; humidum & ſiccũ ſunt paſſiua per definitiones eorum: definiuntur enim per paſſiones eorum. Humidum enim eſt indeterminatum proprio termino, bene terminabile termino alieno. ſiccum autem terminatur termino proprio, difficulter autẽ terminabile termino alieno.

Calm & frigidũ actiua. — Humidũ & ſiccũ paſſiua. — Qũo calm congregat homogenea. — Qd frigidũ ſit actiuũ. — VATAB.

Deinde cùm dicit.

Tenue autem & craſſum, uiſcoſum & aridum, durũ & molle, & cæteræ differentiæ, ex hiſce ſunt. nam, cùm quod repletiuum exiſtit, ad humidum ex eo pertineat, qa non ſit deſinitum, ſed prompte terminari poſſit, & ſequať id quod ipſum tãgit: tenue autem ſit repletiuum (nã parua rum eſt partium. & quod eſt eiuſmodi, repletiuũ eſt. totũ enim totum tangit: tenue aũt maxime eſt tale) tenue ſub humido, & craſſum ſub ſicco fore conſtant. — ANT. Tex. c. 10.

Subtile autem & groſſum, lubricum & aridum, & durum & molle, & aliæ differentiæ ex his ſunt. Qm̃ enim repletiuũ eſt humidum, qa non

non est terminatum qui dem, bene aũt termina bile est ens, & sequitur tangentem. Subtile aũt repletiuum (subtilium enim partium & parua rum partium repletiuum) totum enim totum tangit: subtile autem maxime tale: manifestum autem quoniam subtile quidem erit humidi, grossum autem sicci.

Ostendit ꝙ prædictæ quatuor qualitates sunt primæ: quia ad eas oẽs aliæ reducuntur. & hoc primo facit, secun do ostendit ꝙ illæ non reducuntur ad alias. ibi {Hæ autẽ non amplius.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ istæ sunt primæ, secundo distinguit siccum & humidũ: quia non omne humidum, nec etiã siccum est prima qua litas. ibi {Dicuntur autem siccum & humidum.} Circa primum duo facit. Primo proponit ꝙ omnes aliæ quali tates sunt ex his, dicẽs ꝙ subtile grossum, & lubricum & aridum, & durum & molle, & omnes aliæ differentiꝗ sen sibilium qualitatum sunt ex his. Secũdo ibi. {Qm̃ enim repletiuum.} Probat propositũ: & circa hoc tria facit. quia primo reducit ad istas quatuor hanc cõtrarietatem, subtile & grossum, secundo lubricum & aridum. ibi {Et rursus lubricum.} tertio molle & durum. ibi {Amplius molle quidem.} Dicit ergo primo, ꝙ subtile est ex hu mido: quod patet ex definitione humidi: quod, qa humi dum est, ex eò ꝙ non bene terminatur termino proprio, sed bene terminatur termino alieno, est repletiuum: quia sequitur vndiq; tangens ipsum, eò ꝙ fluit vsq; ad ipsum, tangens. Subtile autem repletiuum, eò ꝙ ipsum subtilita te, quodlibet minimum subintrat. Vnde manifestum est ꝙ subtile est effectus humidi: per oppositum autem gros sum erit effectus sicci. Grossum autẽ est, cuius partes fe culentæ non disiungũtur, & excedit capacitatem eius qd̃ natum est repleri. Sed videtur ꝙ hæc ratio Philosophi non valeat, cum sit ex duabus affirmatiuis in secunda fi gura. Dicit enim humidum est repletiuum, subtile reple tiuum: ergo subtile est humidum. Sed est dicẽdum, ꝙ, cum in quolibet genere sit deuenire ad vnũ primum, qd̃ est causa sequentium, vt dicitur Secũdo Meta. oportet ꝙ in genere repletiuorum sit vnum primũ, quod per se sit repletiuũ, & à quo alia replentia participant: tale autẽ est primum humidum, quod supra definitum est. vnde licet ratio Philosophi non teneat ratione ordinationis termi norum in figura, valet tamen ex habitudine causę & effe ctus. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 15.
Tex. c. 14.
Tex. c. 12. Humidum quo repleti uum.
Subti le repletiuuum.
Dubium.
Solutio.
Tex. c. 4.

VATAB. *Rursum, uiscosum ab humido comprehendetur. nam uiscosum, humidum cum quadam affectione existit, uelut oleum. Aridum autem, à sicco. Aridum enim est, quod perfecte siccum est, adeo ut ob humiditatis defectũ etiam concreuerit.*

ANT. Et rursus lubricum quidem humidi. Lubri cum enim aliquid humidum passum est, velut oleũ. Aridum quidẽ sicci. Aridum enim est perfecte siccum: quapropter & concretum est propter defectionem proprię humiditatis.

Tex. c. 11.
Tex. c. 12.
Lubricũ re ducit ad hu midum aẽ reum.

Reducit aliam cõtrarietatẽ ad prædictas quatuor qua litates, s. lubricum & aridum, dicens, ꝙ lubricum reduci tur ad humidum: quia lubricũ est humidum aliquid pas sum. Cùm enim humidum patitur commistionem subti lis terrei, & est vnctuosum, tunc fit lubricũ: quia substan tiale terreum sibi commistum non sinit separari partes eius, sicut apparet in oleo & alijs vnctuosis. Aridum au tem est, quod est perfecte siccum non retinens nec subti le terreum, nec etiam humidum vnctuosum: & ideo quæ coagulantur, calido primo humiditatem propriam ex trahente, postea vero frigido faciente partes cõstare sibi, coagulantur. Deinde cùm dicit.

E *Insuper molle, humidum comitari solet, & durum, sic cum. Molle enim est, quod in sese refugit, ceditq;, & nõ re sistit: id quod humidum facere assolet. Quamobrẽ & hu midum molle nõ est, sed molle sub humido, & durum sub sicco collocatur. Durũ siquidem est, quod concretum seu congelatum est: quod autem est concretum, siccum est.* VATAB.

Amplius, molle quidẽ humidi: molle enim ẽ quod, cedit in seipsum, & non trãsmutans, qui dem: quod facit humidum. Ideo enim non est humidum molle, sed molle humidi, durum au tem sicci. Durum enim est quod coagulatum est: coagulatum autem siccum. ANT.

Reducit tertiam contrarietatem, s. molle & durum, di cens, ꝙ molle est effect⁹ humidi. Molle enim est quod ce dit tangenti. Differt tamen ab humido: quia humidum F transmutat tangens, quia humectat: sed molle inquantũ tale non transmutat tangens. Et ideo molle non est humi dum, sed est effectus humidi. Durum autem reducitur ad siccum, sicut effectus ad suã causam. Durum est enim quod tangenti non cedit: quia est coagulatum: coagulatũ aũt est effect⁹ sicci, vt prius dictũ est. Deinde cùm dicit.

Molle ẽ ef fectus hu midi.

Porro siccum & humidum multis dicũtur modis. nã & humidum & madens sicco aduersantur. & rursus sic cum & concretum, humido. hæc autem omnia ad humi dum & siccum, quæ prima dicta sunt, attinent. Nam, cũ madenti siccum aduersetur, & madens sit, quod super ficietenus extrariam admisit humiditatem, & humectum quod introrsus, siccum autem id quod hac uacat: madẽs sub humido, & ei oppositum siccum, sub primo sicco fore constat. Rursum humidum & concretum, eodem mo do. humidum enim est, quod in penitiore parte propriã G habet humiditatem, cõcretum uero, quod hac priuatũ est. Et proinde ex hisce, alterũ humidi, alterũ sicci erit. Cõ stat igit, cæteras omneis differentias ad quatuor primas. VATAB. ANT.

Dicuntur autem siccum & humidum multi fariam: opponitur autẽ sicco & humidum, & vdum: & rursus humido, & siccum, & coagula tum. omnia autẽ hæc sunt sicci & humidi, quæ prima dicta sunt. Quoniam enim & udo oppo nitur siccum, et Vdum quidem est, quod ha bet alienã humiditatem in superficie, Infusum autem quidem quod in profundo: siccum autẽ est quod priuatur hac, manifestũ est qm̃ udum, erit humidi: oppositum autẽ siccum, primi sic ci. Rursum autem humidum, & coagulatum H similiter. Humidum enim est, quod habet pro priam humiditatem in profundo. Coagulatũ autem quod priuatur hac. Quapropter & ho rum erit hoc quidem sicci, hoc autem humidi. Manifestum igitur, quoniam omnes aliæ diffe rentiæ reducuntur ad primas quatuor. ANT. Tex. c. 14. Siccũ & hu midũ dit multipli. Tex. c. 15. Oẽs qualita tes tangibi les ad pri mas quatu or reducun tur.

Distinguit humidum & siccum, dicens, ꝙ siccum & humidum dicuntur multis modis. Est enim quoddã hu midum, quod habet humiditatem in profundo: et hoc po test esse dupliciter. Quia si habet propriã humiditatem, quemadmodum uua, proprie dicitur humidum: si autem habet extraneam, sicut spõgia, dicitur humidũ infusum. Et est quoddam humidum, vel vdum ꝛm aliam literam, quod habet humiditatem in superficie: quod Commẽta tor nominat irroratum, & omnibus istis modis elementũ humidum opponitur sicco. Sed sciendum etiam, ꝙ multi pliciter

Vdũ Auer. irroratũ ap pellat.

pliciter dicitur siccum. vno enim modo dicit siccum cor pus grossum & aridum in superficie, et hoc proprie oppo nitur humido in superficie: alio autem modo dicitur siccũ coagulatum, quod non habet humiditatem in profundo, & huic sicco proprie opponitur humidum infusum. Om nia autem hæc, s. humidum istis modis dictum, & siccum aridum, & siccum coagulatum, sunt effectus primi humi di, & primi sicci. De aspero autem & leni nõ facit Phi losophus mentionem: quia manifestum est ꝙ ad illas qua tuor reducuntur. Asperum enim est quod habet siccitatẽ in superficie, quæ inæqualiter partes eius cõstare facit: le ne autem in superficie habet humorem, qui æqualiter fa cit fluere partem ad partem. Et ideo vnum horum est ef fectus sicci, scilicet asperum: & aliud est effectus humidi, s. lene. Concludit igitur ex prædictis manifestum esse ꝙ omnes aliæ differentiæ tangibilium qualitatum ad illas quatuor reducuntur. Deinde cùm dicit.

Occurrit ta citę obiec tioni.

VATAB. *Et has non amplius in pauciores reduci. neq; enim ca lidum, id est quod humidum, aut quod siccũ est. neq; hu midum, quod calidum, aut quod frigidum est. neq; frigi dum & siccum subalterna sunt, neq; sub calido & humi do struuntur. Quare, quatuor esse has necesse est.* B

ANT. Hæ autem non amplius in pauciores. Neq; enim calidum est id quod siccum, aut quod hu midum est. neq; humidum quod calidum, aut quod frigidum. neq; frigidum quod siccum, neq; sub iuicẽ, neq; sub calido & humido sunt. quapropter necesse quatuor esse has.

Ostendit ꝙ illæ non reducuntur ad alias, nec in paucio res, nec ad semuicem. quia calidum non est siccum. ita ꝙ caliditas sit frigiditas quædam, vel effectus eius. Nec fri giditas est caliditas, vel siccitas, vel humiditas quædam. Nec humiditas est caliditas, vel frigiditas. Nec frigiditas est siccitas. Nec calidum est frigidum vel è cõuerso, sicut sub causa. Nec etiam frigiditas & caliditas sunt sub humi do & sicco vel è conuerso. Necesse est igitur has quatuor qualitates esse primas. Sed videtur hoc non esse verũ: quia in Primo Mete. dicitur ꝙ stellæ per motum suum, & per reflexionem radiorum causant calorem in istis in ferioribus, & maxime Sol: & ita videtur ꝙ non omne ca lidum sit effectus primi calidi: cum ipsę stellæ non sint ca lidæ, nec per tales qualitates effectæ calidę. Saturnus etiã dicitur causare frigiditatem in aere: & ita non omne frigi dum erit effectus primi frigidi. Ad quod dicendum est ꝙ Philosophus hic loquitur de qualitatib⁹ actiuis & pas siuis adinuicem, inter quas sunt prædictæ quatuor quali tates, vt ostensum est. Qualitatem autem stellarum, pu ta lux vel aliqua alia virtus earũ, licet causaret in istis in ferioribus aliquam qualitatem, non tamen ab eis patiun tur, cùm eorum substantia non communicet in materia: vt dicitur in Duodecimo Meta. & ideo cessat obiectio. Dubium. Cap. prio. Solutio. Tex. c. 10.

LECTIO. III.

Numerum elementorum, & illorum qualitates secundum veritatem & ex Philosophis affert.

VATAB. *Cum autem elemẽta sint quatuor, & eorum quæ sunt quatuor sex sint copulæ, contraria autem simul copulari non possint (calidum enim & frigidum, & rursum siccũ & humidum idem esse, est impossibile) constat ꝙ elemen torum copulæ quatuor erunt. nempe calidum & siccum, calidum & humidum, rursum frigidum & siccum, frigi dum & humidum. atq; hæc, corpora ea, quæ simplicia ui dentur esse, ignem, inquam, aerem, aquam, & terram se cundum rationẽ comitari ac sequi solent. Nam ignis cali dus siccusq; est: Aer uero, calidus & humidus (nam aer, uelut uapor est.) Aqua frigida humidaq;: Terra, frigida* A atque sicca. Vnde fit ut differentiæ illæ non iniuria pri mis corporibus distribuantur, & iuxta rationem eorum numerus constet.

Quoniam autem quatuor sunt elemen ta, eorum autem quatuor, sex coniugationes sunt: contraria autem non in nata sunt cõiungi. (Calidum enim & frigidum esse idem, & rursus humidum & siccum impos sibile:) manifestum est, quoniam quatuor erũt elementorum coniugationes: calidum & siccũ, calidum humidum, & rursus frigidum & humi dum, & frigidum & siccum. Et assecutũ est hoc secundum rationem simplicibus apparentibus corpibus: igni, & aeri, & terræ, & aquæ. (Ignis enim calidus & siccus: Aer autem calidus & hu midus: velut euaporatio enim aer. Aqua autẽ frigida & hũida, Terra aũt frigida & sicca,) vt rõnabiliter distribuantur dr̃iæ primis corpori bus, & multitudo eorum sit ꝛm rationem. B ANT. Tex. c. 16. Cõiugatio nes poẽs quatuor, ĩ possibiles vero duę.

Postquam Philosophus determinauit de principijs ele mentorum, scilicet de materiali & formali, hic determi nat de numero eorum, et circa hoc duo facit. primo deter minat de numero eorũ, secundo, cum in quolibet elemẽto sint duæ qualitates, ostendit in quolibet quæ qualitas do minet in eo. ibi {Sed tm̃ simpliciter quatuor entia.} Cir ca primum duo facit. Primo probat numerũ elementorũ, secundo confirmat dictum suum per opiniones aliorũ. ibi {Oẽs enim quidem qui simplicia corpa.} Ad euiden tiam primæ partis sciendum est, ꝙ elemẽtum cõiter sum ptum potest dici oẽ quod venit in compositionem alicu ius. Est. n. elemẽtum ex quo cõponitur aliquid primo, & C est in eo, ut dr̃ in Quinto Meta. Secundũ hoc ergo sumen do cõiter elementum, ipsę primæ quatuor qualitates pos sunt dici elemẽta, cum ex ipsis, vt dr̃ in litera, componant̃ sex coniugationes. Vel aliter. Quia alio modo dicunt̃ ele menta primæ propositiones demonstrationis, ex quarũ virtute, pcedunt cæteræ demõstrationes, in quas oẽs pro positiones alię reducunt̃. Ad horũ ergo similitudinẽ ipsæ primæ tangibiles qualitates possunt dici elementa: quia oẽs aliæ, vt ostensum est, sunt effectus earũ, & in eas cæte ræ reducunt̃. Dicit ergo primo Philosophus. Cùm sint quatuor elementa, i. quatuor tangibiles qualitates, & nõ quatuor simplicia corpa, vt quidã exponunt, nõdum. n. probatus est numerus earũ. quatuor aũt qualitatum sint duæ cõiunctiones, s. calidum & frigidum, siccũ & humi dum, quę sunt duæ impossibiles cõiugationes, qa impoſe est cõtraria esse in eodem: manifestũ est ꝙ solum reliquæ quatuor coniugationes erunt possibiles, s. calidum & sic cum, calidum & humidum, frigidum & humidum, frigi dum & siccum. Et hoc quod dictum est ꝛm hanc rõnem, assecutum est, i. conueniens est, his quæ apparent in sim plicib⁹ corporibus, s. in igne, aere, aqua, & terra. Ignis. n. est calidus & siccus, & ita constituit̃ per primã coniuga tionẽ: Aer calidus & humidus, ꝑ secundam: Aqua frigi da & humida, ꝑ tertiã: Terra frigida et sicca, ꝑ quartã. Et sic primæ dr̃iæ qualitatũ rõnabiliter distribuunt̃ primis corpibus, s. quatuor elemẽtis: et oportet ꝙ multitudo pri morũ corporũ sit ꝛm p̃dictã rõnem: qa, s. primę qualitates non pñt nisi quadrupli ̃ combinari. Deinde cùm dicit. D Tex. c. 23. Tex. c. 4. Elemẽ. qd̃ Primæ qua litates ele menta di cuntur. Et primæ ꝑ positiões. Expositio textus.

Combinationes possibiles quatuor.

1. Ignis.	Calidum. Siccum.	Calidum. Humidum.	Aer. 2.
3. Aqua.	Frigidum. Humidum.	Frigidum. Siccum.	Terra. 4.

Combinationes

Combinationes impossibiles duæ.

1. Calidum & Frigidum.
2. Humidum & Siccum.

VATAB. *Omnes enim & qui simplicia corpora elemẽta faciũt, alij unum, alij duo, alij tria, alij quatuor esse uolũt. Qui igitur tantum unum esse dicunt, deinde densitate & raritate cætera generant, hisce duo principia facere, rarum, inquam, & densum, aut calidum & frigidum accidit. hæc enim opificis munus obeunt: unum autẽ subijci solet, sicuti materies. Qui uero cõtinuo duo, ut Parmenides ignẽ & terram, faciunt, quæ inter hæc media sunt, ceu aerem & aquam, horum misturas esse astruunt. Eodem modo & qui esse tria inquiunt, quemadmodum Plato in diuisionibus, medium siquidem misturam congeriemq; facit. Atq; eadẽ ferè dicunt, qui duo, & q tria faciunt. uerũ illi medium in duo secant, hi uero unum faciunt mediũ.*

ANT. Tex. c. 17. Vide Prio Physi. tex. cõ. 55. Omnes enim quidem, qui simplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi aũt duo, hi autem tria, hi autẽ quatuor faciunt. Quicũq; quidem igitur vnum dicũt solum, deinde densitate & raritate alia generãt, his contingit duo facere principia, & rarum & densum, aut calidũ & frigidum. hęc enim actiua: vnum autẽ suppo nitur, veluti materia. Tex. c. 18. Vide Prio Physi. tex. com. 41. Qui autem mox duo faciunt, vt Parmenides, ignem & terrã, intermedia misturam faciunt horũ, puta aerem & aquã. Tex. c. 19. Similiter autem & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. mediũ enim misturam facit. & ferè eadem dicunt & qui duo & qui tria dicunt, præterquam, q̃ hi quidem incidunt in duo media, hi aũt vnum solum faciunt.

Confirmat quod dixit per opinionem antiquor̃. Duo autem dixit Philosoph⁹. Primum est, q̃ elemẽta nõ sunt plura q̃ quatuor. Secundum est, q̃ ipsa agunt & patiunt per differentias contrariarum tãgibilium qualitatum, in quibus duobus concordat quodammodo cũ antiquis. vnde dicit, q̃ omnes antiqui, qui dicunt elementa simplicia corpora, conueniunt in hoc q̃ non excedunt quaternarium numerum. differunt tamen, quia quidam dicunt primum elementum esse tantum vnum, quidam dicunt elementa esse duo, quidam tria, quidam quatuor: ergo in hoc concordat cum antiquis, qui quaternarium numerũ non transcendunt. concordat etiã cum eis in secundo: q̃ dicunt ipsa elementa, siue vnum, siue plura pati per cõtrarias qualitates. Quõ ponẽtes unũ principiũ ponebat contrarias qualitates. Quicunq; enim vnum solum dicunt elementum, dixerunt alia generari ex ipso densitate & raritate, quæ sunt contrariæ qualitates. isti ergo dixerũt duo principia præter elementum ipsum, quod dicebant esse quãdam mediam naturam corpoream subtiliorem aere, & densiorem igne: ex quo per densitatem & raritatẽ ex eo alia generari, vel per calidum & frigidum, per frigidũ quidem condensans, per calidum autem rarefaciens: hæ enim qualitates, cum sint contrariæ, agunt & patiuntur adinuicem: unum autem, s. predictum elementum, suppo nitur eis sicut materia. Parmenides quõ. Qui autem duo faciunt, vt Parmenides, qui ponit ignem & terram esse elementa, ponebãt etiam inter ea duo media, s. aerem & aquã, quæ dicebãt fieri ex istis duobus per rarum & densum: quia q̃n rarefit terra generatur aqua, quando autem cõdensatur ignis generatur aer: vnde iste etiã ponebat ea pati per contrarias qualitates, & in hoc conuenit cum Philosopho. Plato quõ. Similiter autem & qui dicunt tria esse elementa, ponunt duo extrema contraria, & vnum mediũ, sicut Plato in suis diuisionibus, vbi diuidit elementa. Ponit enim vnum ex parte formæ: & magnum & paruũ, quæ sunt contraria, ex parte materiæ. Dicit etiam quoddam mediũ esse mistum ex magno & paruo. Ferè autem dicunt idem qui ponũt duo principia, & ponentes terrã: vtriq; enim ponunt duo extrema. et differunt, q̃a ponentes duo elementa, sicut Parme. ponunt duo media, ponentes autem terram, ponunt vnum medium. Deinde cũm dicit.

VATAB. *Porro nonnulli statim quatuor esse aiunt, ut Empedocles. Cogit autem & hic illa, in duo, nam igni cætera omnia contraponit. Ignis autem & aer & unumquodq; eorũ quæ dicta sunt, haudquaquam simplex est, sed mistum. Quæ uero sunt simplicia, talia quidem sunt, nõ tamen eadem. ut quod igni simile est, igneum non ignis: & quod aeri, aereum non aer existit. simili modo, & de cæteris quoq; dicendum est. Ignis etiam, caloris est excessus, perinde ut glacies, frigoris. Nam congelatio & feruor, excessiones quædam sunt: illa quidẽ frigoris, hic uero caloris. Igitur si glacies, humidi & frigidi congelatio sit: & ignis, calidi & sicci feruor erit. quamobrem, nec ex glacie igni quicquam, nec ex igni potest.*

ANT. Igni omnia cõtraponit Empedo. Tex. c. 20. Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Empedocles. congregat autem & hæc in duo: igni enim omnia alia cõtraponit. Non est autem ignis & aer & vnumquodq; prædictorum simplex, sed mistum. Simplicium autẽ, talia quidem sunt, nõ tamen eadem. v.g. quod est igni simile, igneum, nõ ignis: & quod aeri, aereum. similiter autem & in alijs. Tex. c. 21. Ignis ẽ calidi tatis superabũdãtia. Ignis autem est superabundantia caliditatis, quemadmodum & glacies frigiditatis. Coagulatio quidem, & arsio superabundantiæ quædam sunt, illa quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis. Si igitur glacies est coagulatio frigidi & humidi, ignis erit arsio calidi & sicci. ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.

Ponit specialiter opinionem Empedoclis, & eam declarat dicens, q̃ quidam, sicut Emp. & eius sequaces, ponũt statim quatuor elementa. Quõ Emp. reducit elementa. Dicit autem mox: quia licet alii qui posuerunt quatuor, non tamen principaliter, sed duo media, sicut aerem & aquam dicebant ex alijs generari. Ista autem quatuor elementa reducit Empe. in duo cõtraria, ex vna enim parte ponit ignem, & ex alia parte, igni tria alia contraponit. vnde concordat Arist. cum Empe. in duobus, licet non omnino, s. in numero elementorum, & contrarietate eorum. Elhta q̃ sentimus non sunt pura ẽsta secũdũ Empedo. Vlterius autem incidenter declarat opinionem dicens, q̃ fm Empe. elemẽta, quæ nos sentimus, non sunt pura, sicut ignis, quem sentimus, non est purus, neq; aer, nec aliquod aliorum, sed vnumquodq; ẽ mistum: tamen simplicia elementa sunt talia, i. istis, quæ videmus, similia, non tamẽ eadem. v.g. id, quod est simile igni, puta flamma, nõ est ignis, sed ignea: est enim flamma spiritus sicci ardor, vt dicitur in Primo Meteorologicorum. et quod est simile aeri non est aer, sed aereum, & similiter de alijs. Fiãma nõ ẽ ignis, sed ignea. Lege. 1. Librũ Mete. Lec. 40. & lib. 4. t. 173 Itẽ t. 28. hius. 2. libri. Dicit etiam Emp. q̃ ignis, qui circa nos est, est quædam superabũdantia caliditatis, sicut glacies est quædam superabundantia frigiditatis. Coagulatio. n. & arsio sunt superabundantiæ quædam: hæc quidem frigiditatis in glacie, hęc autem caliditatis in igne circa nos existente. Si igitur glacies est coagulatio humidi & frigidi, & ignis est superabundans arsio calidi & sicci, quia vtrunq; eorum à temperamento mistionis recedit: ideo nihil ex glacie generãt, nec ex igne, qui est circa nos: licet Nihil ex glacie & ex igne generatur. Notabile.

vtrunq;

vtrunque sit mistum. Secundum autem quosdam aliter inducitur hæc litera, vt legatur secundũ opinionẽ Arist.

Deinde cũm dicit.

VATAB. *Cum autem simplicia corpora sint quatuor, è duobus utrunq; utriusq; locorũ est. Ignis enim & aer, eius qui ad superficiem terminumq; uergit, terra uero & aqua, eius qui ad medium. Atq; ignis & terra extrema quidẽ sunt & synceriora: aqua uero & aer, media & mista magis. Et utraq; ẽt utrisq; contraria sunt. nã igni, aqua: aeri uero, terra aduersat. hæc. n. contrarijs affectibus constant.*

ANT. Tex. c. 22. Entibus autem quatuor simplicibus corporibus, vtrũq; duorum locorũ est vtriusq;. Ignis & aer, eius qui ad terminum fertur: a qua aũt & terra eius qui ad mediũ. Et extrema quidem & sincera ignis & terra: media autem mista magis nimirum aqua & aer. Et vtraq; vtrisque contraria. igni quidem enim est contraria aqua, aeri autem terra. hæc enim ex contrarijs passionibus constituta sunt.

Remouet quandam dubitationem. Quæ talis est cũm enim sint quatuor simplicia corpora, vt probatum est, videtur q̃ oporteat ponere quatuor loci differẽtias, quæ ipsis corporibus aptantur. Hanc ergo remouet dicẽs. q̃, cũ sint quatuor simplicia corpora, vnumquodq; ipsorũ est alterius duorum priorum locorum, s. loci sursum & loci deorsum: hęc enim sunt primæ differentiæ loci, vt dicitur in Secundo de Cœlo: & ideo dicitur hic prorum duorũ. Tex. c. 23. Ignis enim & aer sunt illius loci, qui est ad terminum sursum. Terra autem & aqua sunt illius loci, qui ẽ deorsum, nõ pariter. sed extrema sunt magis sincera: sicut ignis, qui est simpliciter leuis, ideo simpliciter fertur sursum: terra vero simpliciter deorsum, q̃a simpliciter grauis. Sed media elementa vtroq; participãt: aqua enim leuis est inter ra, & grauis est in aere, et in igne. cum ergo aqua plus habeat de grauitate, q̃ de leuitate, magis communicat cum terra: & ideo vtriq; datur vnus locus. similiter autem de aere & igne. Addit autẽ ad hoc, q̃ constituta sunt ex contrarijs quatuor passionibus: & primis, ex quibus grauitas & leuitas causatur, & cæteræ tangibiles qualitates.

Deinde cum dicit.

VATAB. *Verum enimuero, cũ simpliciter quatuor sint, quodq; unius est. Terra siquidem, sicci potius est quàm frigidi: Aqua uero, frigidi magis quàm humidi: Aer, humidi magis quàm calidi: Ignis, calidi magis quàm sicci.*

ANT. Tex. c. 23. Quæ qualitas in summo sit cuilibet elnto, Sed tamẽ, cũ simpliciter quatuor sint, vnius vnumquodq; est. Terra enim sicci magis quàm frigidi: Aqua autem frigidi magis quàm humidi, Aer autem humidi magis q̃ calidi: Ignis autem calidi magis quàm sicci.

Ari. hic nõ elemẽta ipsa, sed ambas cuiusq; elementi, qualitates inter se cõparat. Notabile. Ostendit quæ qualitas in quolibet elemento dominet dicens, q̃ elementa, cũ sint quatuor: & quodlibet habeat duas qualitates, non tamen habet eas æqualiter, sed vnũ quodq; est vnius: idest in vnoquoq; dominat vna. sicut in terra magis dominat siccitas q̃ frigiditas: in aqua magis frigiditas q̃ humiditas: in aere magis humiditas q̃ caliditas: in igne vero magis dominat caliditas q̃ siccitas.

Non est autem intelligendum, vt quidam dicũt, q̃ terra, licet sit magis sicca q̃ frigida, q̃ propter hoc sit siccior igne, quia litera non dicit: ratio enim in cõtrarium persuadet. Duæ enim sunt causæ siccitatis. vna est frigus cõdensans & comprimens humidum, & per consequens remouetur siccitas, quæ non est aliud q̃ humiditatis priuatio: alia causa est caliditas humiditatem consumens. manifẽstum autem est q̃ mot⁹ causat calorem in eo quod potest calefieri, necesse ergo in materia illa maxime profundet, quæ semper est iuxta velocissimum motum: hæc autem est materia ignis. vnde ignis est calidissimum omniũ calidorum, vt dicitur Secundo Meta. potentior aũt est ignis caliditas ad consumendum humidum, q̃ terræ frigiditas: & iccirco ignis siccior est q̃ terra. Aer magis humid⁹ q̃ calidus. Vlterius autem, cũm virtus mouentis sit minor in remnto, q̃ in pro pinquo, minus calefacit motus cœli materiam aeris, immo. q. minime. Remanebit ergo humida magis q̃ calida. Aqua hũidior aere. Non tamẽ magis q̃ aqua: quia in aqua est frigiditas faciẽs ad se fluere humidum: caliditas autẽ aeris non facit ad se fluere humidum: & ideo aqua est magis humida q̃ aer. sẽsu enim sensibilia iudicamus. manifestum est autem omnibus habentibus sensum tactus. q̃ aqua humidior est q̃ aer. Est tamen & minus frigida q̃ terra: q̃ sic patet. Frigiditas. n. causatur ex distãtia ab orbe, sicut caliditas ex propinquitate. cum ergo inter cætera elementa terra magis distet à cœlo, necessario sequitur quòd terra frigidissima sit inter omnia elementa. Terra frigidior aqua.

LECTIO. IIII.

Quomodo elementa, & quæ ex inuicem facilius difficulteruẽ generari contingat exponitur.

Cum autem prius sit definitum simplicia corpora mutuam subire generationẽ, & ea insuper igni ad sensum uideantur (nam alioqui non esset alteratio: quippe cùm ea, in rerum tangibilium affectibus sita sit) quisnam mutuæ generationis sit modus, & utrum quoduis ex quouis igni possit, an aliqua & aliqua non, dicẽdum uidetur. VATAB.

ANT. Tex. c. 24. Quoniam autem determinatum est priq̃ est simplicibus corporibus ex inuicẽ generatio: simul autẽ & secũdum sensum videntur generata. (Nõ enim esset alteratio. Secũdum tactus enim passiones alteratio est.) dicendum quis modus adinuicem transmutationis. Vtrum omne ex omni generari possibile sit, aut hoc quidem possibile, hoc autem impossibile.

Postquam Philosophus inquisiuit numerum elementorum per formalia principia ipsorũ, Hic determinat de generatione & corruptione adinuicẽ, & vniuersaliter tã de generatione simplicium q̃ mistorum: & circa hoc duo facit. Primo ostendit de generatione elementorum adinuicem, & compositorum ex elementis, secundo de causis generationis & corruptionis. ibi {Quia vero sunt quedã generabilia.} Circa primũ duo facit. Primo determinat de generatione elementorum adinuicem, secundo de generatione compositorum ex elementis. ibi {Ex elementis aut ex quib⁹.} Circa primum duo facit. Primo determinat de transmutatione mutua elemẽtorum fm opinionem propriam, secundo reprobat opiniones aliorum. ibi {Quoniam autem quæ transmutantur.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quõ elementa ex inuicem generantur, secundo q̃ habent vnam materiam susceptiuam existentem in potentia, non actu. ibi {Sed tamẽ adhuc.} Circa primũ duo facit. Primo ponit quod intendit, secundo prosequitur intentum. ibi {Quoniam quidem igitur oĩa.} Dicit ergo primo, q̃, quia determinatum est hic, & in Tertio libro de Cœlo & Mundo, q̃ corpora simplicia, s. elementa adinuicem generantur: & cum hoc etiã ad sensum videmus, ipsa sunt adinuicem generata: quia nisi ita esset, non esset alteratio inter ea. cùm tamen videamus q̃ alteratio fm passiones tactus est inter ea: & ipsæ passiones inter se prædominantes transmutant substantiam eorum adinuicem. qm̃, inquam, ita est, dicẽdum est nunc, quis modus adinuicẽ transmutationis: & dicendum est, vtrũ sit possibile q̃ quodlibet elemẽtum ex quolibet elemento generetur, vel q̃ tãtum vnum generetur ex vno: si impossibile generari ex alio. Deinde cũm dicit.

Tex. c. 51. Tex. c. 46. Tex. c. 35. Tex. c. 31. Tex. c. 52.

Quod

VATAB. *Quòd igitur uniuersa in seinuicem transmutari nata sint, palam est. nam generatio in contrarium, & è cõtrario fit. Omnia autem elementa inter se cõtrarietatem ex eo habent, quia differentiæ ipsæ contrariæ sunt. Nam alijs, ceu igni & aquæ, ambæ sunt contrariæ. ille enim calidus siccusq; est, hæc uero humida & frigida. Alijs uero, ut aeri & aquæ, altera solum: nam ille quidem humidus calidusq; est, hæc uero frigida & humida. Quare in uniuersum quidẽ patet, quoduis è quouis igni natũ esse.*

ANT. Quoniam quidem igitur omnia innata sunt adinuicem trãsmutari, manifestum est. generatio quidẽ enim in contraria & ex contrarijs. elementa autem omnia habent cõtrarietatem adinuicem, quia differentiæ cõtrariæ sunt. sed his quidẽ enim ambe contrariæ. v.g. igni, & aquę, hoc enim calidum & siccum, hæc autem frigida & humida: his autem altera solum, verbi gratia, aeri, & aquæ, hic enim calidus & humidus, hęc autem frigida, & humida. Quapropter universaliter quidem manifestum, omne ex omni generari natum est.

Elemẽta adinuicẽ contrarietatẽ habent.

Quodlibet elemẽtũ generatur ex quolibet.

Prosequitur intentum. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit generationem elementorum in cõi, secundo magis in speciali, ostendendo differentiam inter ea quantum ad eorum trãsmutationem. ibi {Iam autem ꝓm vnũquodq;.}

Primo ostendit ꝙ elementa adinuicem transmutantur tali ratione. Generatio est ex contrarijs, & in contraria: omnia elementa habent contrarietatem adinuicem: quia eorum differentiæ sunt contrariæ. ostẽsum est ergo ꝙ elementa adinuicem generantur. Maiorem propositionem manifestat inducendo in singulis elementis dicens, ꝙ quędam elementa ꝓm ambas differentias cõtrariantur, sicut ignis & aqua. ignis enim est calidus & siccus, aqua vero frigida et humida: calidum autem & frigidum sunt cõtraria, & similiter humidum & siccum. quædam autem cõtrariantur solum ꝓm alteram qualitatẽ, sicut aer & aqua: quia aer est calidus, & aqua est frigida: sed in humiditate cõueniunt. simile est de terra & igne, & de terra & aqua. Sic ergo concludit ꝙ vltr manifestum est, ꝙ quodlibet elementum ex quolibet generatur. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Iam uero quo pacto ex omnibus omnia fient, singulatim percipere haudquaquam est difficile. Differẽt tamen, nam celerius & tardius, itẽ facilius difficiliusq; alia alijs transmutationem subeunt. Quæ enim symbolum inter se habent, horum celeris est migratio: quæ uero nõ habent, tarda: ꝙ facilius fit unum quam multa mutari. uerbi causa, ex igne fiet aer, altero mutationem subeunte. nã ille quidem calidus, siccusq; est, hic uero calidus & humidus. quare, si siccitas uincatur ab humiditate, orietur aer. Rursum ex aere aqua fiet, si calorem frigus euincat. siquidem aer humidus calidusq; est, aqua uero frigida et humida. quare mutato calore, fiet aqua. Eodem modo, ex aqua quoq; fiet terra, & ex terra ignis. nam utraq; ad utraq;, symbola habẽt. aqua enim, humida frigidaq; est, terra uero, frigida & sicca. quare si humiditas uincatur, emerget terra. Et rursum cum ignis calidus fit & siccus, terra uero frigida & sicca, si frigiditas intereat, ignis è terra fiet. Quare patet, circularem generationem simplicibus competere corporibus. Atque hic mutationis modus promptissimus ẽ, propterea quod quæ deinceps sunt, symbolum habent.*

E Iam autem ꝓm vnumquodq; non est difficile videre, qũo omnia ex omnibus fiãt. Differt autẽ in citius & tardius, & facilius & difficilius. Quæcunq; enim habent symbolum adinuicẽ, velox horum est transmutatio: quæcunq; autẽ non habẽt, tarda. quia facilius est vnum quàm multa transmutare. v.g. ex igne quidem enim erit aer altero transmutato. hoc enim erat calidum, & siccum, hoc autem calidum & humidũ: quapropter, si dominabitur siccũ ab humido, aer erit. Rursus autẽ ex aere aqua erit, si dominabitur calidum à frigido: hoc quidẽ enim fuerat calidum, & humidum, hoc autem frigidum & humidum: quapropter transmutato calido, F aqua erit. Eodem modo & ex aqua terra, & ex terra ignis: habẽt enim ambo ad ambo symbola. aqua quidem humida & frigida, terra autem frigida & sicca: quapropter dominato humido terra erit. Et rursus ignis, quoniã calidus & siccus, terra autem frigida & sicca, si corrumpatur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum ꝙ in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus: & facilis hic modus transmutationis, quia symbola insunt his, quæ ordinata inter se sunt.

ANT. Tex. c. 25. In habẽtib⁹ symbolum facilior est transitus.

Determinat de generatione ipsorũ magis in speciali. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo vnũ elementum generetur ex vno, secundo quomodo vnum generetur ex duobus. ibi {Si autẽ vniuscuiusq;.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ sunt quæ faciliter & G cito adinuicem transmutantur, secundo quæ sunt quę tardius & difficulter. ibi {Ex igne aqua.} Dicit ergo primo, ꝙ licet omnia elementa in hoc conueniant ꝙ quodlibet ex quolibet generatur: differũt in hoc, ꝙ quædam ipsorum facilius & citius, & quædam tardius & difficilius ab inuicem transmutantur. Quæcunq; enim habent symbolum, i. conuenientiam in aliqua qualitate, citius & facilius transmutantur adinuicem: illa vero, quę in nulla qualitate conueniunt, tardius & difficilius. et ratio huius est: quia, cum ea, quæ habent symbolum transmutantur, nõ est necesse transmutari nisi tantum alterã qualitatem: qũ vero ea, quæ transmutatur adinuicem in nulla qualitate conueniunt, vtranq; qualitatem necesse est transmutari: facilius autem est vnum trãsmutari q̃ plura. Vlterius autem exemplificat dicens, ꝙ ex igne potest fieri aer solum altero transmutato, s. sicco: ignis enim est calidus & sicc⁹, aer autem calidus & humidus. si ergo siccũ ignis per dominium humidi corrumpatur, remanet calidum & humidum, & sic erit aer. Item etiam ex aere poterit fieri aqua, si per dominium frigidi caliditas aeris corrumpatur. Eodem mõ ex aqua terra, & ex terra ignis. habent enim ambo conuenientiã ambobus. Aqua enim est frigida & humida, terra vero frigida & sicca: & ideo dominato humido, i. si humidum aquæ corrumpatur per dominium sicci: generabitur terra ex aqua. passiue. n. legitur ly dñato. Item vero. quia ignis est calidus & siccus, terra vero frigida & sicca: si corrũpat̃ frigiditas terræ, generabit̃ ignis ex terra. Et ideo cõcludit, manifestum eẽ, ꝙ, cùm quodlibet generet ex quolibet, vt ostẽsum est, ꝙ generatio simplicũ corporũ erit circularis. et p̃dictus modus transmutationis est facilis: qa habent symbolũ in altera qualitate.

Tex. c. 27.

Quid ẽ hic symbolũ.

Cur hñtia symbolum facilius trãsmutantur.

Dubitatur autem de hoc quod hic dicit Philosophus. Dicit enim ꝙ, cùm elementa quæ habent symbolũ transmutant̃, remanet vna qualitas: sicut qũ ex aere fit aqua, remanet humiditas: & sic uidetur ꝙ corrupto subiecto remaneat

Dubiũ primum.

maneat accidẽs, quod est impossibile. Ad quod dicendũ ꝙ illud accidens siue illa qualitas non remanet eadem numero, sed eadem specie. Sed adhuc videtur dubium remanere: quia non videtur ꝙ propter hoc talis transmutatio debeat esse facilior, cùm oporteat corrũpi ambas qualitates, sicut in transmutatione non habẽtium symbolũ. Ad huius ergo euidentiam consyderandum est, ꝙ qualitates elementorum causantur ab ipsis formis substantialibus ipsorũ. Illa ergo elementa, quæ maiorem conuenientiam habent in qualitatibus, necessario habent maiorem conuenientiã in formis substantialibus, & per consequẽs in dispositionibus materiæ facilius adinuicem trãsmutantur. Et licet oportet ambas qualitates corrũpi, tũ, qa qualitas symbola minus resistit, immo nullo mõ: cõtraria vero resistit, ideo facilior est transitus. Deinde cùm dicit.

Solutio, Dubium secundum.

Solutio.

In symbolis ẽ minor resistentia: ideo facilior trãsit⁹.

VATAB. *Aqua autem ex igni, & terra ex aere, & rursum ex aqua ignis, & aer ex terra gigni quidem possunt, sed difficilius, ꝙ pluriũ mutatio fit. Nã si ex aqua oriatur ignis, frigiditatem & humiditatem corrumpi prius est necesse. Et rursum frigiditatem & siccitatem, si ex terra fiat aer. Eodem modo & si ex igni & aere, aqua & terra fiant, utrasq; mutari qualitates est necesse. Hæc igitur generatio tardior est.*

ANT. Tex. c. 26. Ex igne autem aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra, aerem & ignem contingit quidem generari, difficilius autem, qm̃ pluriũ est transmutatio. Necesse enim, si erit ex aqua ignis, corrũpi frigidum & humidum. Et rursus, si ex terra aer, corrumpi & frigidum, & siccum. Similiter autem si ex igne & aere, aqua & terra, necesse enim ambo transmutari. hæc quidem igitur generatio tardior est.

Ostendit quæ sunt illa, quæ tarde & difficulter adinuicem generentur: & dicit, ꝙ sunt illa, quæ nõ habent symbolum: sicut ignis & aqua, terra et aer: & induoit rationẽ quæ patet in litera. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Sin uero utriusq; altera qualitatum intereat, horum migratio facilius quidem, sed nõ in sese mutuo, fiet. sed ex igni quidem & aqua, terra & aer: ex aere uero & terra, ignis & aqua ortum subibunt. Cum enim aquæ frigiditas fuerit corrupta, & ignis siccitas, fiet aer. nã huius quidem caliditas, illius uero similiter humiditas relinquitur. At cum calor ignis, & aquæ humiditas interierint, terra, propterea ꝙ huius frigiditas & illius siccitas remanent. Eodem modo ex aere terraq;, ignis & aqua. nam cum aeris calor & terræ siccitas interitum subierint, fiet aqua. qñquidem illius humiditas, huius frigiditas relinquitur. Cum uero aeris quidem humiditas terræ uero frigiditas, ignis, quia illius caliditas remanet, huius siccitas: quæ nimirum igni cõpetunt. Ignem autẽ gigni, ẽt sensus ipse approbat. maxime enim flamma ignis est: hæc autem est fumus ardens, fumus uero ex aere atq; terra fit.*

ANT. Tex. c. 27. Si autem vniuscuiusq; alterum corrumpet, facilis quidem, non adinuicem autem erit transmutatio. Sed ex igne quidẽ & ex aqua erit terra & aer: & ex aere & terra, ignis & aqua. Quando enim aquę frigiditas corrumpetur, ignis autem siccitas, aer erit. relinquit̃ enim huius quidem calidum, huius autem humidum. Quãdo autem ignis quidem calidum, aquæ autẽ humidum, terra erit: quia relinquitur huius quidem A siccum, huius autem frigidum. Similiter autem & ex aere & terra, ignis & aqua. quando enim aeris corrumpetur calidum, terræ autem siccũ, aqua erit. Relinquitur enim huius humidum, huius autem frigidum. Quãdo autem aeris humidum, terræ autẽ frigidum, ignis. quia relinquitur huius quidem calidum, huius autem siccum, quæ quidem erant ipsius ignis. Cõfessa autẽ ad sensum ignis generatio. maxime enim ignis flamma: hæc autem est fumus ardens: fumus autem ex aere & terra.

Tex. c. 28. Flãma ẽ fumus ardẽs. Fum⁹ est ex aere & terra.

Ex duobus elementis summe contrarijs tertium generari potest.

B

Ex aere } Ignis Et terra }	Corrupto { Humido / Frigido
Ex aqua } Aer Et igne }	Corrupto { Frigido / Sicco
Ex aere } Aqua Et terra }	Corrupto { Calido / Sicco
Ex aqua } Terra Et igne }	Corrupto { Humido / Calido

Ostendit qũo vnum elementum generetur ex duobus dicens, ꝙ, si altera qualitas vniuscuiusq; elementorũ non habentium symbolum corrumpatur, non est adinuicem transmutatio, sed tamen poterit aliquod tertium generari. Sicut ex igne & aqua, quę in nulla qualitate cõueniũt, poterit generari terra, & aer. Ex aere & terra ignis & aq. qñ enim aquæ frigiditas corrũpitur & siccitas ignis, sic fiet aer, qui est calidus & humidus: quãdo vero calidum ignis & humiditas aquæ corrumpitur, remanet siccitas ignis, & frigiditas aquæ, & sic generatur terra frigida & sicca. similiter ex aere & terra põt generari ignis & aqua. Quando caliditas aeris & terræ siccitas corrumpitur, remanet humiditas aeris & terræ frigiditas: & sic generat̃ aqua frigida & humida. Quando vero humiditas aeris et terræ frigidæ corrumpitur remanet caliditas aeris, & sicC citas terræ, & sic generat̃ ignis calidus & siccus. Hæc autem generatio ignis concessa est ab omnibus: quia ad sensum apparet, ꝙ in lignis, in quibus est humiditas aeris, generatur flamma, quæ maxime ignis est inter ea, quæ naturæ igneæ sunt apud nos. Flamma autem nihil aliud est D nisi fumus accensus. fumus autem est ex terra & aere: & & humiditas aerea expirans & secum trahens partes terrestres: propter quod denigrantur ea quæ tangit. In hac tamen generatione notandum est, quòd semper necesse est vincere alteram actiuarum qualitatum, & alterã passiuarum: quia aliter non esset coniunctio possibilis. Deinde cùm dicit.

Quod ex terra & aere fiat ignis.

Cur nigrescũt q̃ tãgũtur à fumo.

Notabile.

Porro in hisce, quæ sunt deinceps, si in utroq; qualitas altera corrupta sit, haud quaq̃ elementorum migratio in ullum corpus fieri potest, eo ꝙ in utrisq; aut eadẽ, aut cõtraria relinquantur: ex quibus nullũ profecto corpus oriri potest. ut si siccitas ignis, & aeris humiditas sit corrupta, calor in utrisq; remanet. si uero ab utroq; calor abierit, contraria, siccum, inquam, & humidum, relinquunt. similiter autem, & in cæteris. nam in omnibus quæ sunt

eiusmodi,

eiusmodi qualitatũ altera eadem, altera contraria inest. Vnde simul perspicuum euadit, quæ ex uno in unum mutantur, uno corrupto. quæ ex duobus in unum, corruptis pluribus, gigni. Quòd igit ex omnibus omnia gignantur, & quonã pacto in sese uicissim cõmigrent, dictũ est.

ANT. Tex. c. 29.

In his autem, quæ per conuenientiam, non contingit, corrupto in vtroq; altero, elementorum fieri transmutationem in vnum corporũ: quia relinquuntur in ambobus aut eadem, aut contraria: ex neutro autem contingit generari corpus. v.g. si ignis quidem corrũpetur siccũ, aeris autem humidum, calidum in ambobus relinquẽtur. si autẽ ex vtroq; calidum, relinquent contraria, siccum & humidum. similiter autem & in alijs. in omnibus enim his, quæ per consequentiam existunt, hoc quidem idem, hoc autẽ contrariũ. Quapropter simul manifestum, qm̃ quæ ex vno in vnum transeunt, vno corrupto generantur: quæ autem ex duobus in vnũ, pluribus corruptis fiũt.

Tex. c. 30.

Quòd ergo omnia ex omni generentur, & quomodo elementa ex inuicem generãtur, dictum est.

Ex quibus elementis nõ generat tertium.

Ostendit ex quibus duobus elementis nõ potest generari tertium dicens, q in his elementis, quæ sunt per conuenientiam, i. quę sunt immediate in loco, & habent symbolum, talis generatio esse non potest, scilicet q ex duobus altera qualitate in vtroq; corrupta tertium generet. Quia illa, quæ relinquitur, est aut eadem aut contraria. et si quidem fuerit eadem in vtroq;, puta caliditas in igne et aere, non generabitur aliquod tertium elementum, quia ex vna qualitate non potest constitui elementum. Si autẽ fuerint cõtraria, puta siccitas ignis & humiditas aeris: cũ ista coniugatio sit impossibilis, vt supra dictũ est, nec tũc

Tex. c. 16.

poterit generari tertium elementum. Similiter autem est in alijs habentibus symbolum, s. in terra & aqua: quia in omnibus talibus, quæ habent talem cõiunctionem in loco, & est inter ea conuenientia qualitatis, vna qualitas est eadem, & altera contraria. Ex dictis igitur manifestũ est q elementa, quæ ex vno in vnum ex veloci generatione transeunt, ex duobus in vnum tertium illa transeunt duabus qualitatibus corruptis. Vltimo epilogat vt patet in litera.

Dubium.

Dubitatur de hoc q hic dicit Philosoph⁹, q corrupta frigiditate terræ & humiditate aeris fiet ignis. hoc enim nõ videtur possibile esse: quia nec terræ siccitas, nec caliditas aeris videntur ad generationem ignis posse sufficere. ignis enim multo calidior est q̃ aer, & siccior q̃ terra.

Solõ quorundam.

Adhoc autem dicunt quidam, q nõ intendit Philosophus q ex illis duobus generetur purus ignis, sed aliquid quod maxime participet naturam eius: sicut exẽplificat de flamma.

Impugnatio.

Sed hoc stare nõ potest, quia Philosophus loquitur de generatione elementorum, & nõ mistorum ex elementis. ex præterea ẽt caliditas flammæ multo intensior est q̃ caliditas aeris.

Solutio ppria.

Et ideo dicẽdum q generatur purus ignis. Et licet illa caliditas non sufficiat, iuuatur tamen & intenditur per uirtutem corporis cœlestis, & luce Solis, & per virtutem aliarum stellarum.

LECTIO. V.

Subiectum primum transmutationis elementorum non esse elementum, vel medium aliquod inter illa, dicitur.

VATAB.

Attamen adhuc & hic quoq; de eis contemplemur. Si enim aqua & aer & id genus, naturalium corporum materies sint, sicuti nõnullis quoq; placet, aut unum, aut duo, aut plura esse, hæc necesse est. Itaq; ut unum scilicet aer, uel aqua, uel ignis uel terra, omnia sint, fieri neq̃, si E *transmutatio in contrario fit, atq; id transmutetur. Nam si aer fit, si remanet, alteratio erit & non generatio. Insuper nec ita uidet, ut simul aer & ignis aut quoduis alius sit. Esset enim aduersantia quædam differentiaq;, cuius partem alteram, ceu calorem, ignis haberet.*

ANT. Tex. c. 30.

Sed tamen adhuc, & sic de his aspiciemus. si enim est naturalium corporum materia, vt videtur quibusdam, aqua, & aer, & quæ talia. necesse est hæc aut vnum esse, aut duo, aut plura. Vnum itaq; omnia esse nõ est possibile, v.g. aerem omnia, aut aquam, aut ignẽ, aut terram, si transmutatio est in contraria, & hoc trãsmutatur in cõtrarium. Si enim erit aer, siquidẽ permanet, alteratio erit & non generatio. si au- F tem neq; ita videtur, vt & aqua simul sit & aer, aut aliud quodcunq;. Erit igitur aliqua contrarietas & differentia, cuius habebit aliquid alterã particulam, ignis. v.g. caliditatem.

Postq̃ Philosophus de generatione elementorum determinauit, hic ostendit q subiectum istius transmutationis non est aliquod corpus actu existens, & p consequẽs, q illud subiectũ est materia cõis existens in potentia. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostendit q subiectum huius transmutationis non potest esse aliquod elementũ, secundo q nec aliquod medium inter elementa. ibi{Tamen neq; aliud aliquid.} Dicit ergo primo, quòd licet su-

Tex. c. 32.

pra dictum sit, quod sit subiectum huius trãsmutationis, & q elementa adinuicem transmutentur: adhuc tñ inspiciemus, si aliquod naturalium corporꝝ, puta elementorũ, vel aliquod corpus medium inter ea, est materia talis trãsmutationis. Quibusdã enim videtur q sit aqua, quibus- G dam q sit aer, vel aliquid tale. Sed q aliquod tale corpus non possit esse materia elementorum probat tali ratione. quia aut illud est tantum vnum, aut duo, aut plura. Si aũt sit vnum tm̃, tunc omnia erũt vnum, s. vel aer, vel aqua, vel ignis: sed hoc non est possibile: quia transmutatio est inter contraria. Si enim dicat q aer, qui est omnia, permaneat fm rõnem & formam, subiectum saluat in tota transmutatione: talis aũt transmutatio est alteratio & nõ generatio: ergo non fit generatio elementorꝝ adinuicem: quod est contra supra probata. Similiter aũt cum pdictis videt q aqua non sit omnino similis aeri: aut aliquod elementũ p omnia simile alteri elemento. ergo oportet q sit aliqua proprietas vniuscuiusq;, & aliqua dr̃ia & contrarietas inter ipsa distinguens: & illius contrarietatis vnum elementum habebit partem vnam, & aliud elementum partem aliam habebit. v.g. si ignis & aer sint contraria fm calidum & frigidum, ignis habebit caliditatem, & aer frigiditatem. Quando ergo fit transmutatio aeris in ignẽ: siqui- H dem manet aer in tota trãsmutatione, tunc & manet aeris frigiditas: & tamen ex igne, in quo transmutatur, inerit ei caliditas. ergo tunc est calidum et frigidum. Et, cùm sit simplex corpus, est vbiq; & secũdum idem frigiditas & caliditas. ergo contraria erunt in eodem: quod est impossibile. Deinde cùm dicit.

At uero, nec ignis aer calidus erit. nam quod est eiusmodi, alteratio est, & non generatio. Adhæc, si ex igni aer oriatur, calore in cõtrarium mutatio fiet. hoc ergo inerit aeri, eritq; aer frigidum quid. Quare fieri non potest, ut ignis, aer calidus sit. simul enim, idem calidum esset atq; frigidum. Erit ergo aliud quid præter utrunque, idem, & alia quædam communis materies. Eadem autem & de omnibus ratio est, non esse, inquam, inter hæc unum, ex quo uniuersa sint.

Sed

ANT.

Sed tamen neq; ignis erit aer calidus: alteratio enim tale. & non videtur. Similiter autẽ rursus, si erit aer ex igne calido, in contrarium trãsmutato erit. inerit igit aeri hoc, & erit aer frigidum aliquid. quapropter impossibile ignem aerem calidum esse. simul enim idem calidum & frigidum erit. aliud aliquid igitur, præter ambo, idem erit, & aliqua alia materia communis. Eadem autẽ ratio est de omnibus, quoniam nõ est vnum horum, ex quo omnia.

Remouet quandam responsionem, quæ posset dari ad pdicta. Posset enim aliquis dicere, q aer, qñ fit ignis, non dicitur fieri ignis, quia assumit speciẽ ignis, sed aer est calidus. et similiter, qñ ex igne fit aer, remanet aer calid⁹. Sed hoc remouet, dicens q, si hoc esset verum, sequeretur idẽ quod prius, s. q generatio elementi ex elemento esset alteratio: quia aer frigidus & calidus non differunt nisi p accidens, & hoc facit alterationem. Præterea, cùm ex igne fit aer, vel è conuerso, si vtraq; forma inest materiæ ignis & aeris, sicut dicit ista opinio, erũt idem calidum & frigidũ: & quia transmutatio omnis est inter contraria: ergo aeri inerit calor ignis: & aer de se est quidem frigidus. ergo calidum & frigidum sunt in eodẽ simplici: quod est impossibile. ergo impossibile est q aer sit ignis calid⁹, vel ignis sit aer frigidus.

Dicitur aer frigid⁹ gratia exẽpli.

Quod autem hic dicitur, q aer de se est frigidus, dicitur gratia exempli, & non fm rei ueritatem. cũ autem ista sint impossibilia, oportet q ambo elementa, s. ignis & aer habeãt aliquod, quod sit eis commune, quod essentialiter est in ambobus. Et hæc est communis materia, quæ est in potentia ad vtrunq;: & eadem ratio est de alijs elementis. Nullum ergo elementum est materia ad alia elementa, sed materia eorum est vna, quæ est potentia vnumquodq;. Deinde cùm dicit.

VATAB.

Sed neq; aliud quippiam præter hæc, ueluti medium quoddam aeris & aquæ, aut aeris & ignis, aere quidem & igni crassius, sed cæteris subtilius. Nã illud, aer & ignis cum contrarietate esset: sed è contrarijs alterum, priuatio est. Quare fieri non potest, ut illud unquã per se sit, quemadmodum quidem aiunt infinitum & id quod comprehendit atq; continet. similiter ergo horum quoduis, aut certe nullum. Si igitur nullum sensibile hisce prius sit, hæc profecto erunt prima.

ANT. Tex. c. 32. Priuatio est contrarioꝝ alterum.

Tamen neq; aliud aliquid præter hæc velut mediũ aliquid aeris & aquæ, & aeris uel ignis. aere quidem atq; igne grossius, alijs autem subtilius. erit enim illud aer & ignis cum contrarietate: sed priuatio est contrariorum alterum. Quapropter non contingit illud solum esse vnquam, vt quidam inquiunt, infinitum comprehendens. similiter igitur quodcunq; horũ, aut

Tex. c. 33.

quidẽ nihil. Si igitur nullũ sensibile prius his est, hæc vtiq; erunt omnia.

Ostendit q medium corpus inter ignem & aerem, qđ sit grossius igne & subtili⁹ aere: vel ẽt medium inter aerẽ & aquam, quod sit subtilius aqua, & grossius aere, nõ potest esse materia elementorum. quia, si illud medium supponatur, quod est mediũ aeris & ignis, aut illud est cum contrarietate elemẽti prima, aut sine ea. si autem est cum contrarietate prima alicuius elementi, ipsum est illud elementũ. Quia cui conuenit propria passio alicuius, illi conuenit subiectum illius passionis. & si non erit mediũ inter elementa: quod est cõtra id quod suppositũ est. Si aũt illud corpus non habet passionẽ vel proprietatem elemẽtarem, sed est priuatum ea: cũ priuatio cum altero semper A sit contrariorum: (aliter enim materia elementorũ esset à forma separata, quod est impossibile.) sequit q id mediũ corpus non sit sine contrarietate, sicut quidam dicunt: qđ ipsum est quoddam infinitum non habẽs qualitatem aliquam, & omnia comprehendens. Similis autem ratio est quodcunq; horꝝ medium esse materia elementorꝝ ponatur. ergo aut nihil tale est medium, aut illud est aliud quatuor elementorꝝ: quod est contra positionem. Si ergo nõ potest esse aliquod corp⁹ sensibile prius istis quatuor elementis, necesse est vt ipsa quatuor elemẽta sint principia corporꝝ sensibilium.

Auer. deductio.

Commẽtator aũt aliter deducit istã rõnem. Dicit enim q, si ponatur aliquod corpus mediũ esse materiam elementorũ, sequitur idem inconueniens, quod contingebat ponẽtibus vnum elementorꝝ aereum esse subiectum. Sequit enim cõtraria esse in eodẽ: quia, cũ omnis transmutatio sit in contraria, & ex cõtrarijs, vt supra dixit Philosophus, cũ ex tali corpore generat aer vel B aliud elemẽtum, in eodẽ erunt qualitates ipsius corporis mediæ, cùm ipsum in transmutatione fm substantiã permaneat, & qualitates aeris generati, quas de necessitate illis oportet esse contrarias. Sequitur etiam fm eum illud esse ens & non ens: quia cum vnum est priuatio alterius: & priuatio est non ens: fm vnum contrariorũ est ens, & fm aliud est non ens. Vltimo aũt cùm dicit.

VATAB.

Aut igitur ea semper manere & in sese uicissim transmutari non posse aut posse, & aut omnia aut aliqua & aliqua nõ, quemadmodum in Timæo Plato prodidit, est necesse. Quòd igitur necesse sit ea inuicem in se mutari, demõstratum est prius. Quòd uero non æque celeriter aliud ex alio nascatur, quod quæ communem nacta sunt qualitatem celerius ex sese mutuo oriantur, quæ uero nõ sunt nacta tardius, dictum iam est. Ergo si una sit aduersantia, per quam mutationem subeant, duo sint necesse C *est. nam insensibilis inseparabilisq; materies medium est. Porro, cum plura esse uideantur, duæ ad minimum cõtrarietates erunt. Sed, cùm duæ sint, esse tria non possunt, sed quatuor, ut patet. tot enim sunt coniugationes. Nam, cũ sint sex, duæ ex eis fieri non possunt. propterea, q inter sese contrariæ sunt. Sed de hisce diximus prius.*

ANT.

Necesse igitur est aut semper manẽtia & immutabilia inuicẽ, aut transmutabilia: & aut omnia, aut hæc quidẽ sic, hæc aũt nõ, ut in Timæo Plato scripsit.

Tex. c. 34. Hñtia symbolũ facili⁹ inuicẽ generant nõ hãbẽtia vero tardius.

Quoniam quidem igitur transmutari inuicem necesse est, dictum est prius. & quoniam non similiter cito aliud ex alio, dictũ est prius. quoniam habẽtia quidem symbolum citius generantur ex inuicem, non habentia autem, tardius. Siquidem igitur contrarietas vna D est, secundum quam transmutantur, necesse est duo esse. Materia enim, quæ est medium, insensibilis est & inseparabilis. Quoniam autem plura videntur esse, duæ vtiq; erunt quæ minimæ. Duabus igitur existentibus, non possibile est esse tria, sed quatuor, quemadmodum vr̃. tot. n. erunt coniugationes. Sex. n. existentibus duas impossibile est generari, qm̃ contrarię sunt inuicem. De his quidem igitur dictum est prius.

Recapitulat.

Recapitulando cõcludit principale propositum dicẽs, q ista corpora aut semper manentia sunt in formis suis & immutabilia inuicem, aut transmutantur adinuicem. et si transmutantur, aut omnia transmutantur, aut quædam sic, & quædam non, sicut Plato scripsit in Timæo, quòd terra, propter latitudinem suorum triangulorũ, nõ

Platōis placitum. transmutatur. Sed manifestum est ꝙ omnia elementa ad inuicem transmutantur, non tamen omnia æque cito: quæ, quæ habent symbolum, citius generātur adinuicem, quæ autem non habent tardius. Si enim in elemētis est cōtrarietas vna tantum, necesse est esse duo elementa: quia vnum solum non potest esse simul sub duobus cōtrarijs. & materia tunc est medium duorum. Sed, quia nos videmus quòd elementa sunt plura quàm duo, necesse est ad minus sint duæ contrarietates. Duabus autem existentibus contrarietatibus, impossibile est quòd elementa sint tātum tria, sed oportet de necessitate quòd sint quatuor. tot enim contingit fieri vniuersales coniugationes tangibilium qualitatum, penes quas sumitur numerus elementorum. Tex. c. 16. sunt enim in vniuerso sex coniugationes, sed duæ sunt impossibiles, vt supra patuit: quia contraria essent in eodem.

LECTIO. VI.

Extremum seu Medium ex elementis, ipsorum generationis principium non esse probatur: pro quo probatur etiam, ꝙ in infinitum non procedat elementorum generatio.

VATAB. *Cum autem mutuo in sese transmutentur, fieri nō possunt principium quoddam sit eorum uel in extremo uel in medio, ex hisce palam fiet. In extremis igitur non erit principium, quia ignis aut terra essent omnia. idemq; sermo est, atq;, si ex igni aut terra constare omnia dicamus.*

ANT. Quòd autem cùm transmutentur adinuicem impossibile sit principium aliquod esse horū, aut in extremo, aut medio, ex his manifestum erit. In extremis quidem igitur non erit: quoniam ignis non erunt aut terra omnia. & eadem ratio est, si dicamꝰ ex igne, aut terra esse omnia.

Postquam Philosophus secundum propriam opinionem determinauit de mutua transmutatione elementorum, in parte ista ponit opiniones aliorū, & destruit eas. Fuerunt enim circa hoc duæ opiniones, quidam enim dixerunt ꝙ non omnia elementa adinuicem transmutatur, sed quædam. v.g. sicut aer mutatur in aquam & ignem, ignis vero non mutatur in aerem & in aquam. Aliqui vero non, ut Empe. & eius sequaces, dixerunt elementa esse immutabilia. Primo ergo ponit rationem cōtra primam, secundo contra secūdam. ibi {Admirabitur aūt.} Tex. c. 37. Quia vero prima opinio supponit quoddam elementum medium, esse principium in transmutatione aliorum, quod est contra id, quod supra probatum est, ideo Philosophus breuiter adducendo id, quod supradictum est, ostendit ꝙ neq; extremum elementum potest esse principium, neq; medium elementum potest esse principium. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ non extremum, secundo ꝙ neq; medium. ibi {Quoniā autem neq; medium.} Dicit ergo, quòd, quia elementa adinuicem transmutantur, impossibile ē aliquod ipsorum esse principium, neq; medium, neq; extremum. Quòd extremum elementum non potest esse principium, manifestum est ex supra dictis, si enim dicat quòd extrema, sicut ignis aut terra, sunt principia: cùm ipsa & in transmutatione permaneant, omnia erūt ignis, quod est manifeste falsum. & eadem ratio est de terra. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Præterea neq; medium, principium erit, sicuti quidā aerem quidem & in ignem & in aquam, aquam uero et in aerem & in terram, ultima autem non amplius in sese uicissim transmutari putant. Nam stet hoc, nec in infinitum recta utraq; ex parte abeat, oportet. in uno enim contrarietates essent infinitæ.*

ANT. Quoniam autem neq; medium, vt videtur quibusdam, aer quidem & in ignem transmutatur, & in aquam, aqua autem & in aerem & in terram: vltima autem non amplius inuicem. Oportet enim hoc stare, & non in infinitum ire in rectitudine ad vtraq;: infinitæ enim contrarietates in vno erunt.

Ostendit ꝙ neq; medium elementum potest esse principium, sicut illi dicebant, qui ponebant non omnia elementa adinuicem generari. Et circa hoc duo facit. Primo præsupponit quoddam medium ad propositum ostēdendum, secundo probat propositū. ibi {Terra sit T.} Ponit ergo primo, quòd non solū aer mutaretur in aquā, sed & in ignem: nec aqua solum in aerem, sed et in terram: sed, vt illi dicebant, extrema non amplius mutabantur in medium, sed oportet in istis transmutationibus esse statū et non ire in infinitum. si enim iretur in infinitum, tunc in vno & eodem essent infinitæ contrarietates. & hoc est infra magis manifestum. Tex. c. 36. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Sit T terra, L lympha seu aqua, A aer, I ignis. Itaq; si A in I & L mutetur, una erit contrarietas, nempe ipsorū A I. sint hæc, albor & nigror. Rursum si I in L & A mutetur, erit altera. non enim L & I idem sunt. sint autem siccitas & humiditas, S quidem siccitas, H uero humiditas. Igitur, si albor maneat, humida & alba erit aqua. fin minus, nigra. quandoquidem, in contraria mutatio est. Aquam igitur, aut albam esse, aut nigram necesse est. Sit primum, P ari ergo ratione, S inerit I. Transmutabitur igitur & ipse ignis, in aquā. contraria enim sunt, nam ignis primo niger erat, & deinde siccus, aqua uero humida & postea alba. Liquet itaq; omnia in sese uicissim transmutari, atque etiam in hisce, ipsi terræ reliqua duo symbola, nigrorem, inquā, & humiditatem, competere: hæc enim necdum copulata fuere.*

Terra sit T, aqua L, aer A, ignis I. Si vtiq; A transmutat in I L, & contrarietas erit eorū quæ A, I. Sit autem hæc albedo & nigredo. Rursus, quia in L A, erit alia: nō enim idē I & L. Sin autem siccitas & humiditas, A quidem siccitas, Y autem humiditas. Quapropter siquidem manet album, existet aqua humida & alba: sin autem, nigra erit aqua. in contraria enim transmutatio. Necesse est igitur aut albam aut nigram esse aquam: sit itaq; alba primum. Similiter igitur & ipsi I, ipsum A inexistet siccitas. Erit igit ignis transmutatio in aquam. contraria enim existit. Ignis enim prius niger erat, deinde autē siccum I. A qua autem humida, deinde autē alba. Palam quidem vtiq; quoniam omnibus ad inuicem erit transmutatio & in his, & quoniam & T, terræ inerunt reliqua, & duo symbola, nigrum & humidum. hæc enim nondum coniuncta fuerunt.

I. Ignis.	Nigredo.
A. Aer.	Albedo.
L. Aqua.	A. Siccitas.
T. Terra.	Y. Humiditas.

Probat propositum. & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem suam, secundo probat, quoddam quod supposuerat, scilicet quòd in elementis est status in ascendendo. ibi

do. ibi {Quoniam autem non infinitum.} Dicit ergo primo, quòd, si aer mutetur in aquam & in ignem, necessario aer & ignis & aqua poterunt adinuicem transmutari. Sit ergo terra T, & aqua L, aer A, ignis I: si ergo ꝙ est signum aeris mutatur in duo elementa, scilicet in L, & in I, hoc est in aquam & in ignem: oportet quòd aer habeat aliquam contrarietatem cum I igne: quia non transmutantur adinuicem nisi contraria. sit autem hæc contrarietas, gratia exēpli, albedo et nigredo: ita quòd ignis sit corpus nigrum siccum, & aer sit corpus album siccum. Rursus etiam, quia A aer transit in L aquam, oportet esse aliam contrarietatem inter aerem & aquam. & sit hæc, cōtrarietas siccitas & humiditas. siccitas significetur per literam A, & conueniat aeri. humiditas significetur per literam Y, & conueniat aquæ: ergo aer mutatur in aquam: aqua remaneat alba: quia album aeri & aquæ est contingens: erit autem aqua humida & alba. Si autē album non sit, contingens vtrique, cùm aer mutatur in aquam erit aqua nigra & humida, cùm aer supponatur albus & siccus: oportet enim quòd omnis mutatio sit inter contraria. In tali ergo mutatione oportet aquam esse albam vel nigram, si aer qui est prior aqua ponatur esse corpus album: quia, si communicant in mera albedine, tunc aqua est alba. si autem non, tunc est nigra. Similiter etiam cum aer mutatur in ignem, ipsi I, hoc est igni, conuenit siccitas: conueniunt enim aer & ignis in siccitate. cum ergo ignis sit siccus, & niger, & aqua humida & alba: manifestum est quòd poterunt adinuicem transmutari, cum sint contraria. ignis enim est niger & siccus, aqua humida & alba: sic ergo manifestum est, quòd omnia elementa adinuicem transmutantur. quia & in T, quod significat terram, sunt reliquæ duæ qualitates, scilicet humidum, & nigrum: duo elementa erunt symbola, cum ipsa terra, quæ est nigra & humida, communicat enim in nigro cū igne, & in humido cum aqua: hęc enim scilicet humidum & nigrum nunquam contingunt esse cum qualitatibus aeris, & in quo sunt album & siccum: & terra cum aere non habet symbolum. Aduertendum est quòd istæ qualitates non sunt propriæ elementorum, sed vtitur eis Aristo. gratia exempli. parum enim curauit Philosophus de exemplis. Inde dicit Commentator in Secundo de Anima. de exemplo autem non intenditur, nisi manifestatio, non verificatio. Ex omnibus istis verbis intēdit hic Philosophꝰ talem rationem. Quæcunq; sunt contraria adinuicē transmutantur: sed omnia elementa siue habeant symbolum siue non, sunt contraria in ambabus vel in altera qualitate: ergo omnia elementa adinuicē transmutantur. Et hoc est contra opinionem dicentium, quædam, sed non omnia adinuicem transmutari, vt dictum est: quam Philosophus hic destruere intendit. Deinde cùm dicit.

Notabile & exemplis. Com. 67. ratio Philosophi.

VATAB. *Sed ꝙ fieri nequeat in infinitum abitio (quod quidē cum essemus demonstraturi, in hoc ante incidimus) ex hisce emerget. Si enim rursum I, idest ignis in aliud, ceu ī M transmutetur, nec regressio fiat, aduersantia quædam ab hisce quas diximus alia, I & M inerit. nam M, nulli ipsorum T L A I esse idē supponitur. Sit itaq; K, ipsi I, & O, ipsi M. K itaq;, omnibus T L A I inerit. nā ea, in sese mutuo transmutari solent. Sed hoc quidem nōdum sit ostensum. illud tamē in aperto est, ꝙ si M in aliud rursum trāsmutetur, alia in M & in I cōtrarietas inerit. atq; ita semper primis cum sequentibus aliqua inerit aduersantia. Quare si infinita sint, infinitæ quoq; erunt in uno contrarietates. Quod si hoc sit, nec finiri quicquā, nec oriri poterit. Nam si aliud ex alio fiet, tot & adhuc plures transire contrarietates oportebit. Quare in nonnulla transmutatio fiet nunquā, uidelicet si intermedia infinita sint. quod profecto necessario accidet, si infinita sint elementa. Præterea, neq; ex aere in ignē trāsmutatio fiet, si infinitæ sint contrarietates. Fient etiam omnia unum. nā omnes superiorum contrarietates: hisce inesse quæ infra I sunt collocata, & contra, necesse est. Quare, omnia unum erunt.*

Quoniam autem non in infinitum possibile est ire, quod ostēsuri ad hoc prius venimus, manifestum est ex his. Si enim rursus ignis I, in aliud transmutatur, & non reuoluitur. ver. g. in P S, contrarietas igitur quædam I. & P S, alia existet præter prædictas. Nulli enim idem supponitur T L A I, quod P S. Sit igitur ipsi I, ipsum B, ipsi vero P S ipsum M: B omnibus vtique existet T L A I. transmutantur enim inuicem. Sed hoc quidem nondum demōstratum est. Sed illud manifestum, quoniam, si rursus P S in aliud, alia erit contrarietas, et P.S. inerit, & igni I, & non quæ existet Y P. Similiter autem semper cum adiecto contrarietas aliqua existet eius quæ ante. Quapropter si infinita, & cōtrarietates infinitæ vni inerunt. si autem hoc, nō erit definire, neq; generare. oportebit enim si erit aliud ex alio tot transire qualitates, & amplius plures. Quapropter in quedam quidem nunquam transmutatio erit, verbi gratia si infinita media, necesse infinita elemēta. Amplius autem neq; ex aere in ignem transmutatio si infinitę cōtrarietates generatę. Fiunt autem & omnia vnum: necesse enim existere omnes in inferioribꝰ quidem S, quæ superiorum: his autem quæ inferiorum. quapropter omnia vnum erunt.

ANT. Tex. c. 36.

Ostendit quòd transmutatio elementorum non procedit in infinitum. si enim hoc ponatur sequuntur quatuor inconuenientia. quorum Primum est, quòd in vno elemēto erunt infinitæ qualitates. si enim ignis, quod est quartum elementum, mutetur in aliud quòd sit S & non reuoluatur ita, scilicet quòd non mutetur in ignem: cum omnis mutatio fiat inter contraria, oportet quòd inter P & S sit alia contrarietas diuersa à contrarietatibus quatuor elementorum: quia ipsum quintum elementū, quod est S non ponitur esse idem alicui quatuor elementorum: sed cum omnis contrarietas sit secūdum qualitates, oportet quòd aliqua qualitas sit in igne secundum quam contrariatur ipsi S: & sit qualitas illa R. Et similiter oportet quòd in ipso S quinto elemento sit aliqua qualitas illi contraria: & sit illa qualitas F, illa aūt qualitas R non solum erit in ipso igne, sed etiam in omnibꝰ quatuor elementis: quia omnia possunt mutari in ipsum S: omnis enim mutatio est inter contraria. Et quodlibet inferiorum elementorum habebit tres qualitates primas. Vtrū autem ita sit elementum nondum est demōstratum. Sed tamen manifestum est, quòd si rursus illud quintum mutetur in aliud. est etiam alia contrarietas inter quintum et sextum diuersa à cōtrarietate omnium inferiorum: & sic oportet ꝙ vna alia qualitas insit omnibus inferioribꝰ eadem ratione. Et sic illa quatuor elementa priora habebunt quatuor qualitates primas. Et sic addito vno elementorum adderetur vna qualitas & vna contrarietas. Quapropter si est sic in corporibus simplicibus elemētorum procedere in infinitum: in vno & eodem erūt infinitæ contrarietates, & infinitæ qualitates: & hoc primū est impossibile. Secundum inconueniens ponit cum dicit. {Si autem hoc.} Dicens, ꝙ si hoc est, s. ꝙ sint infinita elemēta

Quòd transmutatio elementorū non pcedit vltra quartum.

elementa & infinitæ qualitates, non erit definire nec generare, quia, si aliquod debeat mutari in aliud, oportet quòd infinitas qualitates pertranseat: sed, cum in infinitis infinita sint media, & infinita non sit pertransire, vt dicitur in Octauo Physicorum: sequitur quòd talia nunquam adinuicem mutabuntur. Tertium inconueniens ponit cùm dicit. {Amplius autem.} Dicens, quòd etiam proximũ, elementum non poterit mutari in sibi proximum, sicut ignis nunquam transibit in aerem, nec è conuerso: quia in quolibet istorum sunt infinitæ qualitates: quas impossibile est pertransire. Quartum inconueniens ponit cum dicit. {Fiunt autẽ & omnia.} Dicens quòd omnia infinita erunt vnum: quia omnes qualitates elementorum, quæ sunt supra. p. ꝙ est ignis conueniunt etiam inferioribus & è conuerso. quorum autem primę qualitates sunt eędem, & ipsa sunt eadem. ergo omnia infinita erunt vnũ quodꝙ de inferioribus, ita ꝙ vnumquodꝙ erit.

Tex. c. 75.

LECTIO. VII.

Sententia destruitur Empedoclis, qua elementa intransmutabilia ab inuicem existimauit: & eiusdem de mouentibus principiis concluditur opinio.

VATAB. *Mirabitur porro aliquis eos, qui elementa corporum vnoplura esse dicunt, ita ut in se non transmutentur, sicuti Empedocles inquit,*

ANT. Tex. c. 37. ADmiratur autem aliquis aliquos dicẽtes plura vno esse corporũ elemanta vt non transmutent inuicẽ, sicut Empedocles inquit,

Postquam Philosophus destruxit vnã falsam opinionem de transmutatione elementorum, hic destruit aliam, quæ fuit opinio Empedoc. qui dixit elementa nunquam adinuicem transmutari. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam, secundo reprobat. ibi {Quomodo contingit eis dicere comparabilia.} Dicit ergo primo, ꝙ Empedoc. posuit elementa esse plura corpora, non tamen adinuicẽ transmutantur: ita ꝙ ex aqua fiat aer, & ex aere ignis, vt in Primo manifestũ est, quapropter admirabitur aliquis ipsum sic dicentem. Deinde cùm dicit.

Tex. c. 2.

VATAB. *Quo pacto ipsi elementa esse cõparabilia dicere queant. Atqui ille, adhũc modum ait. Nã æqualia sunt hæc omnia. Si igitur secundum quantitatem, idem quid omnibus inesse comparabilibus, quo mensurentur, est necesse, ut si ex aquæ sestario uno, aeris decem fiant, ergo idem quid utraq; sunt, si mensurantur eodem.*

ANT. Quomodo contingit eis dicere comparabilia esse elementa. Sed tamen dicit sic. Hęc enim æqualia esse omnia. Si ergo secundum quantũ, necesse est idem aliquid esse existẽs in omnibus comparabilibus, quo mensurantur. ver. g. si ex aquæ pugillo erunt pugilli aeris decẽ, idem aliquid igit erant ambo, si mensurantur eodem.

Reprobat opinionem prædictam: & primo p Empe. secundo deducendo ad quandam aliam inconueniẽtiam, quæ sequitur ad ipsam. ibi {Sed neq; augumẽtatio.} Circa primum sciendum est, ꝙ Empe. licet poneret elementa esse intransmutabilia, posuit tamẽ ipsa esse adinuicem cõparabilia. Ex hoc ergo sumit rationem Arist. cõtra eum, & est ratio talis Quæcunq; sunt transmutabilia, sunt cõparabilia: sed elemẽta sunt comparabilia ſm Empe. ergo sunt transmutabilia. Potest etiam aliter formari. & sic. Si elementa sunt intransmutabilia non sunt comparabilia: sed cõsequens est falsum, ſm Empe. qui dicit ea esse comparabilia: dicebat enim ea esse ęqualia. ergo & antecedẽs est falsum, s. ipsa esse intrãsmutabilia. Circa rationem istã sic procedit. Primo ponit eam per modum quæstionis, dicens, ꝙ, si elementa sunt intransmutabilia, qũo contingit ꝙ sint comparabilia, q. diceret, nullo modo, Sed tñ Emp.

Tex. c. 38.

Rõ Philosophi.

dicit sic, s. ꝙ sunt cõparabilia, dicit enim ea esse æqualia.

Secundo ibi. {Si ergo ſm quantum. Probat primã propositionem, s. ꝙ, si sunt comparabilia, sunt transmutabilia. Et, quia comparatio est duplex, s. ſm quantitatem, et ſm virtutem. Primo probat eam, si sunt comparabilia ſm quantitatem, secundo si sunt comparabilia ſm virtutem. ibi {Si autem nõ sint.} Dicit ergo primo, ꝙ, si elementa comparantur ſm quantitatem, vt si ex uno pugillo aquæ fiant decẽ pugilli aeris, necessario oportet ꝙ vnũ aliquid sit in eis, in quo conueniunt, & in quo mensurantur. In omnibus enim comparabilibus est vnum aliquid quo mensurantur: & hoc est illud, in quo comparãtur. cũ aũt ex tanta aqua, puta ex vno pugillo aquæ, fiant decem pugilli aeris, oportet vnam esse materiam, quæ sit minoris & maioris quantitatis sub forma aquæ & aeris. sed quæcunq; cõicant in materia transmutantur adinuicem: ergo elementa sunt transmutabilia. Deinde cùm dicit.

F *Sin uero non hoc pacto secundum quantitatem, ut è quanto quantum, sed quantum possint, uelut si aquæ sestarius æque frigefacere atque aeris decem possit, atq; ita secundum quantitatem, non quatenus quantitas est, sed quatenus possunt aliquid comparabilia sunt, fiet sanè ut etiam non quantitatis mensura secundum potentias atq; uires, sed proportione comparentur. uerbi causa ut hoc calidum, hoc album. Sed ut hoc, in qualitate quidem similitudinem significat, in quantitate uero æqualitatem. Videtur itaq; esse absurdum, si corpora illa quæ transmutari nequeunt proportione comparabilia non sint, sed potentiarum mensura, & eo quod tantum ignis, æquale uel simile calidum sit atque aeris multo plus. Idem nanque cum maius est, ex eo quia unius est generis, hanc habebit rationem.* VATAB.

G Si autem non sint secundum quantitatem comparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantum possunt. verbi gratia si pugillus aquę æqualiter potest infrigidare & decem aeris: & & sic non secundum id quod quãtum comparabilia, sed secundum id quod possunt aliquid: Erit ergo & non quanti mensura comparare, & potentias, sed secundum proportiones. verbi gratia vt hoc calidum, hoc autem albũ. Hoc autem, vt hoc, significat in quali quidem simile, in quanto autem æquale. Inconueniens ergo videbitur si corpora immutabilia existentia, nõ proportione comparabilia, sed mensura potentiarum, & eius quòd est esse æquale calidum aut simile, ignis tantũ, & aeris multiplex. ANT.

H Idem enim plus, quia homogeneos, talem habebit rationem.

Probat eam dato ꝙ elementa comparẽtur adinuicem ſm contrarietatem & virtutem dicẽs; Quòd si non sic cõparantur adinuicem elementa, s. ſm quãtitatem, vt quantum fiat ex quanto, sed comparentur ſm quantitatem potentiæ vel virtutis, v. g. si ponat aer esse frigidus, & quæratur, vtrũ tantũ potest infrigidare unus pugillus aquæ, quantum possunt infrigidare decem pugilli aeris. Tunc fiat comparatio secundum quantum virtutis, vt quantũ possunt, & non secundum quantitatem dimẽsionis. Hæc autem comparatio potest fieri dupliciter, s. ſm similitudinem, & ſm proportionem. Dico aũt comparationẽ fieri ſm similitudinem, qñ fit in vna qualitate, quę est in diuersis subiectis. quia similitudo est rerum diuersarum eadem qualitas. Secũdum proportionem aũt dicit fieri, qñ fit in oppositis

Cõparatio secũdum similitudinẽ & secũdum proportionẽ.

oppositis siue diuersis qualitatibus, in vna habitudine se habentibus ad duo subiecta vel plura. Si ergo fiat comparatio secundum qualitatem, tunc cõtingit comparare nõ quantitatis quidem mensuram, sed potius mẽsuram, quę est secundum potẽtias similium qualitatum, & secundũ proportionem diuersarum qualitatũ, verbi gratia, sicut hoc est calidum, ita hoc est album. cùm autem hoc dicimus, hoc vt hoc, significamus in qualitate quidem simile, & in quantitate æquale. Si igitur fiat comparatio elementorum, non secundum proportionem, sed secundum mensuram potentiarum, quæ est comparatio in qualitate, sicut in calido aut simili, inconueniens est si hęc ponantur immutabilia elementa, verbi gratia, si dicatur quantum est calidus ignis, tantum est calidus aer: quia idem plus calidum, cùm sit homogeneos, idest vnius generis, est minus calido, secundum quòd ea quæ habent eandem materiam dicuntur esse vnius generis. & habent se sicut materia ad subiectum, & habebit rationem talem. sicut comparabile in quãto, quæ est ratio vniuoca: ergo & materia est vna: quorum autem materia est vna, sunt adinuicem transmutabilia. Falsum est ergo quod dicit Emped. ꝙ elementa non transmutãtur adinuicem. Si quis ergo diligenter aduertat, tota virtus istoꝝ verborum est in hoc: ꝙ ea quæ comparantur siue primo modo, siue secũdo, habent eandem materiã, & talia necessario sunt mutabilia: vt dictum est. Sed videtur ꝙ istud quod dicit Philosophus sit falsum. Constat enim ꝙ quantitas terræ & aliorum elementorum est comparabilis quãtitati stellarum: & tñ non est eadem materia vtrorũq;, vt dr̃ in Duodecimo Meta. Præterea dubitaẽ de alio. non. n. omnia comparabilia adinuicem ſm potẽtiam vel virtutẽ cõicant in materia. Ignis enim & Sol, sunt cõparabiles in calefactione ſm magis & minus: & tñ non cõicant in materia, vt dictum est. Ad primum ergo dicẽdum est ſm quosdam, ꝙ non loquitur hic Philosophus de quantitate ſm extensionem, sed de quantitate ſm substantiam: & hæc significat cùm dixit, decem pugillos aeris esse æquales vni pugillo aquæ. sunt enim æquales in materia: quia tantum ibi est de materia quantum hic. vnde, cum communicent in materia, necessario adinuicem transmutantur. talis aũt comparatio non est inter elemẽta & cœlestia corpora. Vel dicendum ꝙ hæc comparatio est ſm rarum & densum. Nã per hoc variata materia, elementa ad seinuicem transmutantur. & vocatur hæc comparatio secundum quantitatem: quia rarum & densum non addunt super partes materiæ qualitatem, quæ essentialiter fit qualitas, sed potius situm in partibus materiæ, ad distẽsionem per maiorem & minorem quantitatem. Ad secundum vero dicendum, ꝙ intelligit Philosophus de his, quę cõparantur ſm qualitatem, vel virtutem vniuoce acceptam in vtroq; talis autem non est virtus calefactiua Solis & ignis: & ideo cessat obiectio. Deinde cum dicit.

Vis ratiõis Philosophi.

Dubiũ primum.

Dubiũ secundum.

Solo primi sedm quosdam.

Solutio propria.

Solutio secundi.

VATAB. *At uero, neq; accretio fuerit secundum Empedoclem, præterquam quæ additione fit. nã igni ignem augeri censet. inquit enim, auget terra quidem propriũ genus, ætheraq; æther. hæc autem adiuciuntur apponunturq;. At ea quæ incrementa suscipiunt, non ad hunc modum augeri uidentur. Longe autem difficilius fuerit eidem de generatione, quæ natura fit, rationem assignasse. Nam omnia, quæ natura gignuntur, aut semper sic aut plerunque fiunt. Quæ uero non semper aut plerunq; fiunt, à casu et fortuna fieri assolent. Quænam igitur causa est, ut ex homine homo aut semper aut plerunq;, & è tritico triticũ, sed non olina oriatur? An si ita componatur os. non enim utcunq;, quemadmodum inquit ille, sed ratione quadam coeũtibus fit aliquid. Quænam igitur horum causa est? non enim ignis uel terra causa existit. At uero, neq; cõcordia aut discordia. etenim hæc segregationis, illa uero congregationis solum causa est. Hoc autem est, cuiusq; essentia, sed non mistio, mistorumq; prius diuulsio solum, quemadmodum inquit ille. In hisce nanq;, fortuna nominari solet, non ratio. fieri enim potest, ut aliqua ut contingit ac temere misceantur. Itaq; sic sese habere, eorum quæ natura constant, causa existit. atque cuiusq; natura hæc est, de qua nihil meminit. Nihil ergo de natura dicit. At uero hoc ipsum bonum existit. Porro, ille solam mistionem collaudat. Atqui discordia haud quaquam secernit elementa ipsa, quæ natura Deo priora sunt, sed cõcordia. dij autem, & hæc quoq; sunt.* D

ANT. Sed neq; augmentatio vtiq; erit secundum Empedoclem, nisi secundum adiectionẽ. Igne autem augetur ignis: auget enim terra propriũ genus, æther autem æthera. Hæc autem adiunguntur. uidentur autem non sic augeri quæ augentur. Multum autem difficilius est eidẽ tradere de generatione secundum naturã. Quę enim generantur secundum naturam aut semper, aut vt multum. Ea autem, quæ præter semper & multum, ab euẽtu & fortuna. Quę igitur causa, vt ab homine homo, aut semp, aut vt multum, & ex frumento frumentum, sed nõ oliua nascatur? Aut si ita componatur os. non enim vt contingit conuenientibus nihil generatur, quemadmodum ille inquit, sed ratione aliqua. Quæ igitur horũ causa? non enim ignis aut terra. Sed tamen neq; amicitia neq; lis. congregationis enim solum illa, hæc autem segregationis causa est. Hæc autem est substantia vniuscuiusq;, sed nõ solum & mistio & separatio mistorum, quẽadmodum ille inquit. fortuna enim in his nominatur, sed non ratio. est enim miscere vt contingit. Natura igitur entium causa est, ita se habere, & vniuscuiusq; natura hęc, de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit. sed tamẽ & bonum est hoc, & optimum. hic autem mistionem solum laudat: etenim & elementa segregat non lis, sed amicitia, quæ natura Deo priora. Dij autem & hæc.

Tex. c. 38.

Tex. c. 39. Quæ generant sedm naturam. Quę ab euẽtu & fortuna Secũdo Phy. 48.

Tex. c. 40.

Tex. c. 41.

Natura q̃ ẽ forma ẽ bonũ & optimum vniuscuiusq; rei.

Deus. i. cœlũ. Idẽ S. T. z. cœli sup tex. z.

Reprobat prædictam opinionẽ deducendo ad alia inconuenientia: & sunt duo. Primum est ꝙ hæc opinio tollit augmentum. hoc sic ostendit. quia, si elementa nõ trãsmutantur, tunc oportet ꝙ vnum addatur alteri, sicut lapis lapidi: hoc autem est quędam accumulatio, & nõ est augmẽtum, neq; ſm eos neq; ſm nos: quia oportet ꝙ id, per quod augmentum fit, transmutetur in augmẽtatum. neq; ẽt ſm eum, qui dixit, ꝙ illud, quod augetur, augeẽ solum à suo simili, s. ignis augetur igne, & vnumquodꝙ qd̃ augetur, augeẽ per aliquod sui generis, sicut æther augeẽ æthere. talis aũt congregatio est eorundem manẽtium in forma. res autem non sic videntur augeri, vt supra in primo ostensum est. Secundum inconueniens ponit. ibi {Multum autem difficilius.} Et est ꝙ hæc opinio tollit generationem, dicens, ꝙ multũ est difficilius tradere aliqd de generatione ſm naturã, si elemẽta non transmutanẽ adinuicem. Cùm. n. ea quæ generanẽ ſm naturã generenẽ eodẽ modo semp, aut frequẽter, ea aũt, quæ præter, multum & semp fiunt & raro, fiunt ab euentu & fortuna. Et non põt reddi causa, quare semp ex homine generẽ hõ, et

Tex. c. 39.

quare ſemper ex frumento generetur frumentum & non oliua, ſemper enim generatum eſt in forma generãtis niſi peccatum naturæ propter defectum fiat. Si autem fit, vt dicit Empedocles, ſcilicet quòd elementa non ſint transmutabilia, æqualiter poteſt generari ex homine aſinus, & homo: quia vtrunq; eorum non eſt niſi cõgregatio elementorum: & homo generans non habens formam, non inducit formam in generato, nec conuenit cum eo in formam, aut ſi os & caro ita componantur, ſcilicet p quandam accumulationem elementorum conuenientiũ, ſicut ille dicit, tunc nihil generatur, ſed in his quæ generant eſt ſolum ratio vel relatio aliqua, non quidem relatio miſtorum, ſed compoſitorum. Quæ igitur eſt cauſa iſtorum q̃ ex homine generetur homo ſemper aut frequenter, & ſimiliter ex frumento frumentum, et non oliua. Iſtorũ enim cauſa non poteſt eſſe ignis aut terra: quia iſta ſunt contraria in qualibet compoſitione. ſimiliter nec lis, nec amicitia, quæ Empedocles poſuit eſſe duo principia mobilia, poſſunt eſſe cauſa horum. amicitia enim non eſt cauſa niſi congregationis, lis autem ſolum eſt cauſa ſegregationis: ſed neceſſarium horum eſt forma rei, quæ facit hominem eſſe hominem, & carnem eſſe carnem. forma autem eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque: & ideo non ſolum in re eſt miſtio, ideſt compoſitio congregatorum, & ſeparatio eorum, ſicut dicit Empedocles, ſed etiã eſt forma. In tali ergo congregatione & ſegregatione narratur ab Empedocle fortuna, & non ratio, quæ eſt ſumpta à forma. Dicit enim quòd miſtio fit vt contingit, ideſt à caſu, & fortuna, cùm tamen natura, quæ eſt forma, ſit cauſa entiũ: quare ita ſe habet, quòd ab homine ſemper vel frequenter generat homo. Sed de hac forma vel natura nihil dicit Empedoc. cùm tamen ipſa natura, quæ dicitur forma, ſit bonum & optimum vniuſcuiuſq; rei. bonum quidem in ſe, & optimum in ordine vniuerſi. Laudat autem Empedocles ſolum miſtionem, quæ in rei veritate non eſt miſtio, ſed ſolum quædam compoſitio. Quia quòd elementa ſegregentur à compoſito, in quo ſunt ſaluata, hoc non facit lis, ſed amicitia: quæ vult ea congregare ad homogenea. Et hæc elementa dicit Empedoc. eſſe priora Deo, i. cœlo: quia etiam cœlum dicebat ex elementis componi.

Cœlũ ẽ ex elementis cõpoſitũ ſecundũ Empedo.

Deinde cùm dicit.

VATAB. *Præterea, de motu ſimpliciter dicit. non enim ſatis eſt dicere concordiam & diſcordiam mouere, niſi hæc concordiæ ratio ſit, motu, inquã, tali ciere, & diſcordiæ tali. Igitus aut definiuiſſe aut ſuppoſuiſſe, aut exacte uel molliter uel alio quolibet modo demonſtraſſe, oportebat. Inſuper cum ui & præter naturam moueri corpora uideãtur: per naturam quoq; mouentur, ut ignis ad ſuperum quidẽ locum non ui, ſed ad inferum ui fertur. Vi autem, & natura contraria ſunt. Contingit autem ui moueri: ergo & natura quoq; motu cieri contingit. cõcordia igitur illo motu mouet, aut non mouet. nam terram deorſum ferri, cõcordiæ contrarium eſt, & ſegregationi ſimile exiſtit, potiùſq; diſcordia naturalis motus cauſa eſt, quàm concordia. unde fit, ut omnino concordia potius præter naturã exiſtat. Simpliciter autem, niſi cõcordia aut lis moueat, ipſorum corporum nullus motus ſtatuſue eſt. At hoc abſurdum eſt. Ad hæc, uidemus corpora motu cieri. Nã diſcordia ſegregauit, Aether autem in ſublime ſubuectus non à diſcordia fuit. Sed interdum, illum uelut à fortuna ſublatum aſſerit. ſic dicens. Nam plerunq; aliter, ſed tum ſic forte cucurrit. Interdum ignem ſurſum ferri aptiſſimũ eſſe, inquit enim.*

Aſt æther, longis ſub humum radicibus ibat. Et inſuper, ipſum quoq; mundum ſimiliter nunc tempore diſcordia, ut prius tẽpore concordiæ habere dicit. Quid igitur, mouens primũ motionis q; cauſa exiſtit? non enim diſcordia & concordia, uerum hæc alicuius motus cauſæ ſunt. Quod ſi ſint, illa principium erit.

Amplius autẽ de motu dicit ſimpliciter. nõ enim ſufficit dicere quoniam amicitia & lis mouent, niſi hoc erat amicitiæ eſſe, q̃ motu tali, liti autem quòd tali. Oportebat igitur aut determinare, aut ſupponere, aut demonſtrare, aut certe, aut molliter, aut aliter qualiter. Amplius autem quoniam videntur & vi & præter naturam moueri corpora, & ſecundum naturã, verbi gratia, ignis quidem ſuperius nõ vi, inferius autem vi. vi aũt, ei, quod ſecundum naturã, contrarium. eſt autem quod vi. eſt igitur & ſecundum naturam moueri. Hũc igitur motum eſt, vt amicitia an non. contrarium enim terra ſuperius, & ſegregationi aſſimilatur: & magis lis eſt cauſa eius, qui ſecundum naturã motus, quàm amicitia. quapropter & vniuerſaliter p̃ter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autẽ niſi amicitia vel lis moueat, eorum corporũ nullus motus eſt, neq; mora. ſed inconueniens. Amplius autẽ & videntur mota: ſegregat enim quidem lis: ductus eſt autem ſuperius æther nõ à lite, ſed quandoq;, inquit, vt à fortuna. Sic enim conſtituit currens tunc: multotiens autẽ aliter. Quandoq; quidem inquit innatum eſſe ignem ſuperius agi, æther autem ingrediebatur terræ profundas radices. Similiter autem & mundũ ſic habere, inquit, in lite nunc, & prius in amicitia. Quid igitur eſt quod mouet primum & cauſa motus? non. n. amicitia & lis, ſed cuiuſdã motus hęc cauſæ ſunt. ſi vtiq; eſt, illud principium.

ANT. Tex. c. 42.

Tex. c. 43.

Vi ei quod eſt ſecundũ naturã contrarium.

Tex. c. 44.

Hic deſtruit opinionem Empe. de principijs mouentibus per tres rationes. quarum primã ponit dicens, q̃ Empedo. locutus fuit inſufficienter de motu. Non enim ſufficit ſimpliciter dicere quòd amicitia & lis ſunt principia mouentia, niſi forte eſſe ipſi? amicitiæ, ideſt de natura ſua habet vt cauſet, ideſt motum talem: ſed quia hæc non eſt certa, oportebat q̃ hoc determinaret aut certitudinaliter per cauſam propriam, aut molliter, ſicut per cauſam non conuertibilem, ſiue remotam: aut aliter qualiter, ſicut per probabiles rationes, vel per inductiones, vel exemplum: ſed Empe. nihil horum facit: & ideo ſimpliciter & inſufficienter dixit. Secũdam rationem ponit. ibi {Amplius autem quoniam.} Et eſt talis. corpora naturalia mouentur violenter & præter naturam, & mouentur ſecũdum naturam. v. g. ignis mouetur ſurſum nõ violentia, ſed natura, deorſum aut violenter. quod autem eſt violẽter eſt contrarium ei quod eſt ſm naturam. videmus enim corpora moueri per violentiam: ergo mouentur ſm naturã. contraria enim habent fieri circa idem. Quæramus. n. ab Empe. vtrũ motus amicitiæ ſit naturalis vel violẽtus: terram enim moueri ſuperius, ſicut & ignem inferius, eſt cõtra naturam. hoc aũt quod eſt contra naturã aſſimilat cuidam ſegregationi. Contra tũ ſic. Elementa cõgregentur: quia niſi ignis deſcendat & terra aſcendat non congregabuntur elementa, cũ ergo cõgregare ſit effectus amicitię ſm Empe. motus amicitiæ eſt violentus & ſegregationi ſimilis, & lis magis eſt cauſa motus naturalis q̃ amicitia: quod eſt impoſſibile ſecundum eum, & ideo impoſſibile eſt

Secũda rõ.

eſt ponere amicitiam & litem eſſe principia mouentia. Si autem hæc non ſunt principia mouentia, cum non ſint alia principia ſecundum Empe. nullus eſt motus naturalium corporum, nec aliqua quies. habitus enim & priuatio habent fieri circa idem: hoc autem eſt manifeſte falſum. Tertiam rationem ponit. ibi {Amplius autem.} Per quam oſtendit Philoſophus q̃, Empe. ſibijpſi cõtradicit, & peccat etiam, dicens naturalia fieri à caſu & à fortuna. cõtradicit autem ſibijpſi in hoc, q̃, cùm poneret tãtum duo principia mouentia, ſ. litem & amicitiam, poſuit tamen quidem motum eſſe à caſu & à fortuna: vnde dicendo eſſe tantum duo principia mouentia dicit ea eſſe, cauſam omnis motus. dicendo autem aliquem motum eſſe à caſu & à fortuna, dicit illa principia nõ eſſe cauſam omnis motus. dicit enim q̃, quando aliquod compoſitũ corrumpitur, tunc ſegregantur elementa, quæ erãt in eo per litem, & mouetur ignis ſurſum vt à lite, ſed quandoque à fortuna: quia ſic caſus conſtituit tunc curſum ignis ſiue ætheris. ęthera enim dicebat Empe. eẽ ex igne claro. non autem ſemper ſurſum mouetur æther, ſed multotiẽs aliter: quia dixit aliquando à fortuna, ſicut dictum eſt, ignem ferri ſurſum, aliquando autem ingrediebatur ad radices, i. ad cauernas terræ, ſicut apparet in mõtibus ardentibus. In hoc ergo peccat Empe. q̃ naturam caſui & fortunæ ſubiacere dicebat. Simul autem cum dictis impoſſibile dicit, q̃ mundus ſimiliter ſe habet nunc in tempore litis, quando de confuſo et permiſto egreſſa ſunt omnia, ſicut prius ſe habuit in amicitia: quia ſicut ignis quãdoq; à fortuna aſcendit, & quandoq; deſcendit, ita fecit in confuſo, per caſum enim tunc aſcendit, & per caſum deſcendit. cum autem caſus & fortuna ſint cauſæ per accidens, reducuntur ad per ſe. quid eſt ergo quod primo p ſe mouet & per ſe eſt cauſa motus. oportet enim cauſam per ſe eſſe prius q̃ cauſam per accidens. Amicitia enim & lis nõ eſt cauſa motus ſimpliciter, ſed ſolum cuiuſdam motus, ſcilicet congregationis & ſegregationis: ſi tamen eſt ita ſicut dicit Empe. q̃ amicitia vel lis eſt prius mouens. Deinde cum dicit.

VATAB. *Porro abſurdum eſt, animam ex elementis conſtare, aut elementorum unum aliquod eſſe. Quomodo enim animæ alterationes, ceu muſicum eſſe, & rurſum nõ muſicum, aut memoria aut obliuio, erunt? Perſpicuum enim eſt, q̃, ſi anima ignis ſit eadem illi, quæ igni ut ignis eſt, affectiones competent. Si uero ex elementorum miſtura conſtet, corporeæ: at harum nulla corporea exiſtit. Verum de hiſce conſyderare, alterius contemplationis eſt officium.*

ANT. T. c. 45.

Inconueniens autem eſt ſi & anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. Alterationes enim animæ quomodo erunt, verbi gratia, muſicum eſſe, & rurſus non muſicum, aut memoria, aut & obliuio? Palã autem quoniam ſiquidem ignis anima, paſſiones in erunt ei quæcunque ignis, ſecundum q̃ ignis. Si autem miſcibile, corporalis. harum aũt nulla corporalis. Sed de his alterius opus eſt contẽplationis.

Reprobat opinionem Empedo. in hoc q̃ dicebat animam componi ex elementis per duas rationes. quarum primam ponit dicens. Quod inconueniens eſt dicere q̃ anima ſit ex elementis omnibus, vel ex aliquibus, vel ex aliquo eorum. quia, ſi anima eſſet elemẽtum aliquod, puta ignis, vt quidam dixerunt, vel eſſet ex elementis, vt dixerunt alij: tunc alterationes animæ quomodo erunt, i. quomodo poſſet alterari anima proprijs alterationibus? quaſi dicat, nullo modo. Verbi gratia. ſi anima eſt elemẽtum, vel ex elementis, quomodo anima habebit habitũ Muſicæ. & rurſus, quomodo mutabitur de Muſica in priuationem Muſicæ, ita q̃ ſit ſine Muſica: nec etiam poterit immutari de memoria in obliuionem, vel è conuerſo, ſed potius ſi anima eſt ignis, quæcunque ſunt paſſiones, ſecundum q̃ ignis, inerunt animæ: quod eſt impoſſibile. Secundam rationem ponit ibi. {Si autem miſcibile.} Quæ talis eſt. Si non ſunt miſcibilia niſi corpora, vt in Primo dictum eſt: & animarum nulla eſt corporalis: conſtat q̃ anima non eſt elementum, nec miſta ex elementis. Sed de his determinare eſt opus alterius contemplationis: quia pertinet ad Librum de Anima.

T. c. 35.

LECTIO VIII.

Miſtorum ex elementis generatio tum ex antiquis, tum ex Philoſophi ſententia perquiritur: hinc omnia in vnoquoq; miſta eſſe elementa probat.

VATAB. *De ipſis autem elementis, ex quibus corpora conſtant, ijs quidem, qui commune quid eſſe, aut ea inter ſe transmutari putant, ſi ex biſce alterum, & alterum quoque contingat, eſt neceſſe. Qui uero generationem mutuam non faciunt, nec è ſingulis ſingula, ſed uelut è muro lateres gigni uolunt, abſurdum quid dicunt. Nam qui carnes, & oſſa, & cæterorum quoduis ex illis erunt? Quod autem dicitur dubitationem habet, etiam apud eos, qui generationem mutuam aſtruunt, quonam pacto ex ipſis diuerſum qd ab eis oriatur. Verbi cauſa, ex igni aqua fit, & ex aqua ignis. nam ſubiectum commune quid exiſtit. ſed & caro atque medulla ex eis fiunt. at hæc, quomodo? Etenim illis qui perinde, ut Empedocles dicunt, quiſnam erit modus? nam compoſitionem eſſe, quomodo è lateribus atque lapidibus fit murus, neceſſe eſt. & hæc miſtura ac congeries, ex conſeruatis quidem, ſed ſecũdum exiguas portiones iuxta ſeſe compoſitis erit elementis. ad hunc itaque modum, caro & cæterorum quodque fiet. Accidit autem ut non ex qualibet carnis parte ignis & aqua gignantur, (ſicuti ex cæra, ex hac parte pila, ex aliqua alia meta fieri poteſt) ſed ex utraque utrũque fieri queat. Hæc itaque hoc gignuntur modo ex carne, ex quauis parte utrunque. At biſce, qui illo modo dicunt, ex quauis utrunque gigni non poteſt, ſed perinde fit ut è muro lapis & later, ex alio loco ac parte utrunq;.*

Pari modo & biſce, qui ipſorum materiam unam faciunt, dubitatio quædam obrepit, qualiter ex ambobus, calido, inquam, & frigido, aut igni & terra, quippiam erit. Nam ſi caro ex ambobus ſit, & neutrum illorum nec rurſus ſeruatorum compoſitio, quid reſtat id eſſe præterquam materiam, quod ex illis cõſtat? nam corruptio alterius, aut alterum facit, aut materiam.

Et elementis autem, ex quibus corpora conſtituta ſunt, quibuſcũq; quidẽ videtur eſſe aliquid commune, aut tranſmutari inuicem, neceſſe ſi alterum horum cõtingit, & alterum cõtingere. Quicunque enim non faciunt ex inuicem generationem, neque ex vnoquoq;, niſi ſicut ex pariete lateres, inconueniẽs. quomodo enim ex illis erunt carnes & oſſa & aliorum vnumquodq;. Habet autem quod dicitur queſtionem & ex alterutrijs generantibus, quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. Dico autem, verbi gratia, ex igne eſt aqua

ANT. T. c. 46. De generatione compoſitorũ ex elementis.

aqua, & ex hac generari ignem. est enim aliqd commune subiectum. atque & caro ex eis generatur & medulla. verum hæc quomodo generantur? Illis quidem enim qui dicunt, vt Empe. quis erit modus? necesse enim est compositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries. Mistura vtique hæc saluatis vtique erit elementis, secundum parua autem adinuicem compositis. ita vtique caro & aliorum vnum-
T.c.47. quodque. Contingit itaque non ex quacũq; parte carnis generari ignem & aquam (quemadmodum ex cera generatur vtique ex hac quidem parte sphæra, pyramis autem ex alia alia) sed contingebat ex alterutro alterutrum generari. Hęc quidem igitur hoc generãtur modo ex carne, ex qualibet ambo. Eis autem qui illo modo dicunt, non contingit, sed vt ex pariete lapis & lateres, vtrũq; ex alio loco
T.c.48. & parte. Similiter autem & facientibus vnã eorum materiam habet aliquam questionem quomodo erit aliquid ex ambobus, verbi gratia, ex calido & frigido, aut ex igne & aqua. Si enim est caro ex ambobus, et neutrum eorum, neque rursus compositio saluatorum, quid relinquitur, nisi materiam esse quod ex illis. Alterius. n. corruptio, aut alterũ facit, aut materiã.

Postquam Philosophus determinauit de generatione elementorum, hic determinat de generatione compositorum ex elementis. Et circa hoc duo facit. Primo determinat de generatione compositorum ex elementis, secũdo ostendit q̃ ad generationem mistionis elementa con-
T.c.49. currunt in omnia mista corpora. ibi {Omnia enim mista.} Circa primum duo facit. Primo arguit ad ostendẽdum q̃ non possit esse verus modus generationis mistorum, secundo determinat veritatem. ibi {Quapropter
T.c.48. quando.} Circa primum consyderandum est q̃ sicut
medium. supra patuit, duplex est opinio de elementis, quædam est vera, s. q̃ elementa, ex quibus sunt corpora constituta, habent aliquid commune, quod est vna materia. similiter necesse est dicere, q̃, si elementa transmutantur adinuicem, necesse est q̃ habeãt vnam communem materiã.
Qũo materia elementorũ dicãt vna. quæ dicitur vna ab vnitate potentiæ quæ est in ea, & est potentia ad formam, cum semper habeat potentiam ad omnes formas elementorũ, et necesse est ipsam compleri per successionem motus in omnes formas: & sic necesse est q̃ de vna forma ad aliam transmutetur. & hanc opinionem primo ponit. Secunda opinio fuit Empe. qui dixit elementa esse intransmutabilia, & hanc innuit. ibi {Quicunq; enim.} Et diuiditur in quatuor partes. in prima ostendit q̃ fm opinionem Empedoclis non potest dari verus modus generationis mistorum. Dicit enim q̃ quidam sunt, qui dicunt elementa nõ adinuicem generari. illi etiam non dicunt q̃ vnumquodq; elementum fiat ex qualibet parte corporis misti, sed dicunt, q̃ elementa fiunt ex corpore, sicut lapides & lateres ex pariete. sed hoc est inconueniens. non enim possunt dicere quomodo ex elementis sic compositis non vere mistis, sint carnes & ossa, et vnumquodq; aliorum corporum mistorũ.
Declaratio si enim componantur & congregentur elementa in vnũ remanentibus formis & operibus suis, sic ignis in vna parte compositi erit adurens, & aqua fluens, terra incõtinua, aer expirans, similiter ignis non ligatus euolabit sursum, terra autem descendet deorsum, & sic nunquam constabit vt faciat ossa & carnes, & huiusmodi. Secũdo ibi {Habet autem quod dicitur quæstionẽ.} Ostẽ-

E dit q̃ etiam fm ipsam opinionem est dubium, quomodo ex elementis generentur composita, dicẽs, q̃ licet prima opinio sit vera, quæ dicit elementa in alterutrum transmutari: tamen fm ipsam est dubium, quomodo ex elemẽtis potest generari aliquid præter ipsa. elementa enim adinuicem generantur, sicut aqua ex igne, & ex aqua ignis, & similiter est de alijs. & hoc ideo, quia habent vnũ cõmune subiectum, vt dictum est: sed etiam ex eis generatur caro, & medulla, & alia mista corpora: sed quomodo fiat horum generatio adhuc est dubium. Tertium ibi. Illis quidem enim. } Redit iterum super secundam quæstionem, vt melius ostendat quomodo ex ipsa nõ potest dari verus modus generationis, dicens, q̃ illi, qui dicunt, s. elementa esse intransmutabilia, sicut Empe. dicit, non possunt assignare modum quomodo corpora mista componantur ex elementis. Necesse est enim secudũ eos, q̃ compositio elementorum sit quędã mistura talis qua-
F lis est mistura lapidis in pariete. Dicunt enim q̃ elementa saluantur in misto fm formas substantiales, & actus suos, & talis compositio est secundum partes minimas:
Ex lib. primo, t.c.86. quod est inconueniens. Quia, quod vni est mistum, putã male videnti, qui non discernit inter partem & partem, alteri, s. bene videnti videbitur non esse mistum, & sic idem esset mistum & non mistum. Adhuc etiam sequitur aliud inconueniens: quia secundum isto's non ex quacunque parte carnis generabitur quodlibet elementum, sed ex vna parte vnum, & ex alia parte aliud: sicut si ex vna parte ceræ fiat sphæra, ex alia parte fiat figura pyramidalis. hoc autem patet esse falsum p ea quæ dicta sunt supra capitulo de mistione. Sed sicut in vnaquaq; parte cerę potest quælibet figura formari, ita ex qualibet par-
In prio lib. a. tex. cõ. 82. &c. te misti per resolutionẽ põt quodlibet elemẽtũ generari. Hæc ergo ambo, elementa, s. ignis, & terra, & etiã alia, generantur ex qualibet carne, i. ex qualibet parte carnis. Sed illi, qui dicunt sicut Empedo. s. elementa esse intrans-
G mutabilia, non possunt hoc dicere: sed sicut ex diuersis partibus & locis ipsius parietis tollũtur diuersi lapides, ita ex diuersis partibus & locis ipsius misti diuersa elemẽta oportet eos dicere generari, ita q̃ ignis ab vno loco & parte, & aer ex alia. Quarto ibi. {Similiter autem & facientibus.} Opponit contra ipsam opinionem dicens, q̃ etiam ponentibus elementa habere vnam materiã & esse transmutabilia, sequuntur inconuenientia, si dicatur aliquid generari ex elementis. habet enim quæstionem et dubium, quomodo generabitur aliquid ex ambobus: sicut ex calido & frigido, aut igne & aqua. si enim caro est ex ambobus, & neutrum eorũ est ipsa caro, nec etiã saluantur ipsa elementa, quia aliter non esset mistio, & nihil relinquitur nisi materia: quod est impossibile. Si autẽ remaneat alterum, & alterum corrumpatur, tunc est corruptio vnius & generatio alterius: quia corrupto vno aut generatur alterum, aut remanet pura materia. Qũo
H ergo fiat ex eis generatio dubiũ est. Deinde cum dicit.

Igitur postquam calidum & frigidum intensionem remissionemq; suscipiunt, cum simpliciter alterum actu fuerit, tunc alterum erit potentia: cum uero non prorsus, sed frigidum, ut calidum, & calidum, ut frigidum fuerit, propterea q̃ quæ miscentur suas exuperãtias uicissim corrumpunt, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum utrunque, sed intermedium actu simpliciter erit. Porro quò potentia magis calidum est quam frigidum, aut contra, hoc duplo, aut triplo, aut alio id genus modo magis calidum potentia quam frigidum existit. Alia itaq; mista ex cõtrarijs erunt, aut elemẽtis, et elemẽta, ex illis quodãmodo potẽtia existentibus, non tamẽ sic ut materia, sed dicto modo. Atq; hoc quidẽ pacto mistio, illo uero materia, id quod gignitur, existit. VATAB.

Quapropter

ANT. Quapropter & quoniam est & magis & mi-
A nus calidum & frigidum, quando quidem fuerit simpliciter alterum actu, potẽtia alterũ erit: Quando autem non omnino, sed vt quidem ens calidum frigidum, vt autem frigidum calidum, quia quæ miscentur corrumpunt intentiones adinuicem, tunc neque materia erit, neque illorum cõtrariorum alterutrum actu simpliciter, sed medium. Secundum id vero quod est potentia magis calidum, q̃ frigidum, vel contrarie alterutrum: fm hanc rationem, & ratione dupliciter calidum potentia q̃ frigidum, vel tripliciter, vel fm alium talem modũ. Erũt vtique mista alia ex contrarijs, aut ex elementis. Et alia elementa ex illis potentia aliquo mo-
B do existentibus, non ita vero vt materia, sed secundum predictum modum. Et erit ita quidem mistio, illo vero modo materia secundũ quòd generatur.

Quæ miscẽtur corrumpunt intentiones adinuicem.

Determinat veritatem: & circa hoc duo facit. Primo ostendit modum generationis in vniuersali, secundo magis in speciali contrahendo ipsum ad mistionem elementorum in cõstitutione compositi. ibi {Quoniam autem patiuntur. Primo ergo relicta prima opinione tanq̃ falsa & impossibili, & supposita prima, ponit verum modũ generationis corporum mistorum. Ad cuius euidẽtiam præmittit duo. Quorum primum est, q̃ differentiæ elementorum sunt contrariæ, s. calidum, & frigidum, & huiusmodi: & suscipiunt magis & minus. Secũdum est, q̃, quando alterum elementum fuerit simpliciter actu, & alterum simpliciter in potentia fuerit, tunc non potest esse mistio. quando vero vnum non est omnino actu, nec per excessum prædominatur alteri elemento, tunc generabitur quoddam medium, quod nec est simpliciter calidũ, nec simpliciter frigidum, sed quodammodo naturam par-
C ticipãs vtriusque. Et hoc ideo, quia, quando elemẽta miscentur, intentiones siue formæ corrumpuntur, & remanent in virtute: & tunc illud medium generatum nõ est sic in potentia, sicut materia, nec simpliciter alterum elementorum, sed medium inter ea. quod quidem medium diuersificatur, fm q̃ diuersificantur virtutes miscibiliũ. si enim potentia ignis excedet virtutem aquæ, medium generatum est magis calidum q̃ frigidum. et sic fm proportionem virtutis vnius elementi ad virtutem alteri: vt si in duplo, si in triplo excedit caliditas frigiditatem, & medium dupliciter est calidius, & tripliciter. Secundũ ergo hunc modum erunt mista ex contrarijs elementis et per compositionem vel mistionem: & elementa erunt ex illis mistis per resolutionem. Ipsa enim mista sunt potentia quatuor elementa, non quidem sicut materia, sed sicut dictum est. Deinde cũm dicit.

*Præterea, & ipsa contraria pati solent, quemadmodum ante præfinitum est. etenim actu calidum, potentia frigidum est, & actu frigidum, potẽtia calidum. Quare nisi ad æqualitatem redacta sint, in se mutuo transmutantur. simili modo, & in cæteris contrarijs. Atque primo quidem elemẽta ipsa ita transmutantur, deinde ex hisce carnes & ossa & eiusmodi fiunt, cum illa calido quidem in frigidum, & frigido in calidum transeunte, ad mediocritatem uenerint. hic enim neutrum est. mediocritas autem multiplex est, & nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum & siccum & talia, carnem ossaque & cæ-
D tera id genus mediocritate efficiunt.*

ANT. Quoniam autem patiuntur contraria secũ-
A dum in Primis determinationẽ. Est enim actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum. quapropter si non coequãtur, transmutantur inuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo ita elementa transmutantur, ex his autem carnes & ossa & quæ talia, calido quidem generato frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt. hic enim neutrum, medium autem multa & nõ indiuisibile. Similiter autem & siccum & humidum, & alia talia, secundum medietatem faciunt carnem, & os, & alia.

Contrahit modum qui dictus est vniuersaliter ad propositum dicens q̃, quia omnia contraria patiuntur adinuicem, sicut dictum est prius in capitulo de actione: quia quod est actu calidum est potentia frigidum, & è conuerso: si ipsa elementa non adęquãtur potentijs suis, sed vnũ omnino alteri prædominatur, tunc transmutantur adinuicem, & non fit mistio, sed corruptio debilioris, & generatio siue augumentum prædominantis. Et quod dictum est de calido & frigido intelligendum est similiter in alijs contrarijs, s. sicco & humido. Sed elementa prius seinuicem transmutantur in generatione, adæquatis vero potentijs eorum fm quandam proportionem generatur quoddam medium, sicut carnes, & ossa, & huiusmodi talia. Calido autem fm aliquid infrigidato, & frigido secdm aliquid calefacto, quia in misto materia vnuscuiusq; contrarij partem capit alterius, quando veniunt ad medium, medium enim est contrarij: medium autem illud non est vnius proportionis tantum, s. q̃ semper sit p æqualem contrariorum participationem: neque est indi-
C uisibile, i. non est vno modo tantum, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis contrariorũ, & sic est medium inter calidum & frigidũ fm multiplicẽ proportionem ipsorum. ita etiam intelligendum inter humidum & siccum: quæ fm mediorum diuersitatem, quadã aliqua proportione conuenientia faciunt carnẽ, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt alia, quorum cõplexiones variantur. sicut est homo, cuius complexio maxime vicina est temperamento: & leo, qui est calidę complexionis; & asinus, qui est frigidę complexionis. Deinde cum dicit.

Libro prio t.c.50. & 51.

Hoĩs cõplexio maxime vicina temperamento.

VATAB.

Omnia autem mista corpora, quæ circa locum qui medio uniuersi tribuitur, collocata sunt, ex simplicibus constant omnibus. Nam terra quidem ideo cunctis inest, quod unumquodq; maxime & ut plurimum in proprio terræ loco existit. Aqua uero, quod composita finiri oporteat, & illa è simplicibus sola, belle terminari queat. Præterea q̃ & terra sine humiditate consistere non possit, sed humiditas id sit quod continendi uim ac coercendi habeat. nam si humiditas à terra prorsus eximatur, ea defluet profecto. terra igitur & aqua, has ob causas insunt.

ANT. T.c.49.

Omnia enim mista corpora quæcunque circa locum medium sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem inest omnibus, quia vnumquodque est maxime & multũ in proprio loco. Aqua autem, quia oportet terminari quodcunque compositum. sola autem est simplicium bene terminabile aqua. Amplius autem & terra sine humido non potest cõmorari, sed hoc est quod continet. si enim aufera-

tur

tur omnino ex ipſa humidum, decidet vtique. terra quidē igitur & aqua pp has inſunt cauſas.

E

T.c.50.

Qd terra ſit in quolibet miſto.

Qd aqua.

Oſtendit, ꝙ in quolibet miſto ſunt oīa elemēta. & primo per cauſam, ſecundo per effectum. ibi{ Teſtificari autē videtur.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝙ in quolibet miſto eſt terra et aqua, ſecūdo ꝙ ignis & aer. ibi{ Aer autem.} Dicit ergo primo, ꝙ oīa corpora miſta, quęcunqꝫ ſunt circa medium, quod eſt terra, neceſſario ſunt compoſita ex omnibus ſimplicibus corporibus, quæ ſunt quatuor elementa: & ꝙ in oī corpore miſto ſit terra, ſicut oſtendit locus & locatum ſm Cōmen. Nā aut ſunt eiuſdem naturæ, aut prędominatur natura loci in locato: ſed oīa miſta naturaliter quieſcunt in terra, ſicut in loco: ergo oportet ꝙ in quolibet miſto ſit terra, & nō ſolum ꝙ ſit, ſed vt prædominetur in ipſo. Quod aūt aqua ſit in quolibet miſto, probat ex hoc: quia terra pura non habet cōtinuationem, nec in ipſa aliqua figura poſſet cōſiſtere: partes autem cuiuslibet miſti oportet eſſe terminatas. ſola autem aqua, vt ſupradictum eſt, eſt bene terminabilis. & prima terra propter naturale ſiccū, quod eſt in ea, nullatenus commoratur ſine humido, quod eſt in eā continēte, vnde humidū, quod eſt in ea, cōtinet ipſam. ſi autē ex ipſa humidū totaliter auferatur, ſtatim decidet, et conuertetur in puluerem. Terra ergo et aqua pp dictas cās ſunt in corporibus miſtis. Deinde cum dicit.

VATAB.

Item aer & ignis, quòd terræ & aquæ contraria ſint. Nam aeri terra, & aqua igni contraria eſt, quātum ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe contingit. Cùm igitur generationes è contrarijs ſint, & contrariorum extremum alterū inſit, alterum quoq; ineſſe eſt neceſſe. Quare in omni compoſito ſimplicia omnia inerunt.

ANT.
Terra aeri: igni vero, aqua cōtraria eſt.

Aer aūt & ignis, qm̄ contraria ſunt terræ, & aquę. Terra quidē aeri, igni vero aqua contraria eſt, vt contingit ſubſtantiā ſubſtantiæ cōtrariā eſſe. Qm̄ igitur generationes ex contrarijs ſunt: inſunt aūt altera extrema contrariorū: neceſſe & altera ineſſe. Quapropter in omni compoſito omnia ſimplicia erunt.

Qūo elntū elnto cōtrariaſ, & ſuba ſubſtantiæ.

Primo probat ꝙ in quolibet elemento eſt aer & ignis tali ratione. Terra & aqua, alterantur in miſto: cùm autē vnumquodqꝫ miſcibilium alteretur à ſuo cōtrario, oportet aerem & ignem eſſe in compoſito: nam aer contrariatur terræ, & ignis aquæ. Dico aūt elementum eſſe cōtrarium elemento, prout ratione qualitatum contingit ſubſtantiam eſſe contrariam ſubſtantiæ. Quoniam igitur generationes ſunt ex contrarijs: et in miſtis ſunt extrema cōtrariorum, ſ. frigidum ſiccum, quod eſt terra, et frigidum humidum, quod eſt aqua: neceſſe eſt reliqua ineſſe, ſ. calidum cum ſicco, & calidum cum humido, quæ ſunt ignis, & aer. Quapropter in omni compoſito ſunt omnia ſimplicia corpora. Deinde cum dicit.

VATAB.

Sed & id, cuiusq; rei nutricatio comprobare uidetur. omnia enim eiſdem aluntur quibus conſtant: omnia ſiquidem pluribus aluntur. Nam quæcunq; uno ſolo ali maxime uidentur, ut plantæ aqua, pluribus aluntur. terra enim aquæ ammiſta eſt. quamobrē ipſi quoq; agricolæ, miſcentes irrigare conantur.

ANT.
T.c.50.
Oīa nutriūtur ex quibus ſunt.
Miſta eſt aq terra.

Teſtificari autem videtur & nutrimentum vniuſcuiuſqꝫ. Omnia quidem enim nutriūtur eiſdem ex quibus ſunt: omnia enim multis nutriuntur. Etenim quęcunqꝫ videntur vno ſolo nutriri, vt aqua, plantæ multis nutriuntur. Miſta eſt enim aquæ terra: ideo ruſtici tentant miſcentes irrigare.

Probat idem per effectum: & diuidit in partem principalem, & incidentalem. pars incidētalis incipit. ibi{ Qm̄ autem eſt nutrimento.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc qd' dictum eſt, ſ. ꝙ omnia miſta componātur ex quatuor elementis, teſtificari & approbare videt nutrimentū vniuſcuiuſqꝫ. Nam vnūquodqꝫ nutritur ex eis ex quibus eſt: ſed omnia quidem nutriuntur ex multis elementis: ergo ex eiſdē quatuor elementis omnia miſta conſiſtunt. Maioris propoſitionis ratio poteſt eſſe: quia nutrimentum tranſmutatur in naturam nutriti, non autem poſſet tranſmutari, niſi haberet eandem materiam. Minorem vero probat ſumendo argumentum à minori. Minus enim videtur ꝙ plantæ, quæ ſunt magis terreſtres, nutriantur ex pluribus, ꝙ̄ alia nutrita: ſed iſtæ licet videātur ſolum nutriri ex aqua, nutriuntur tamen ex omnibus: ergo multo magis alia. Quod autem plantæ nutriantur ex omnibus ex hoc videtur. manifeſtum eſt enim ꝙ nutriuntur ex terra, & aqua, & ex agricultura. Ruſtici enim colentes plantas miſcent terram cum aqua ad nutrimentū plātarum. Si autem ineſt terra & aqua, neceſſe eſt eſſe alia duo extrema, ſ. aerem & ignem eadem ratione qua ſupra. Deinde cum dicit.

F

VATAB.

Cum autem alimētum ad materiam pertineat, quod autem nutritionem ſuſcipit cum materia coniunctū forma ſit atq; ſpecies, rationi conſentaneum fuerit ex omnibus ſimplicibus corporibus, quæ mutua generatiōe oriūtur, ſolum ignem nutriri, quemadmodum et priores aiūt. Quippe qui ſolus ac maxime formæ ſit, propterea quod ſuapte natura ad terminum fertur uniuerſi. In ſuum autem locum quodq; ferri natum eſt: forma uero ſpecieſq; omnium in ipſis conſiſtit terminis. Quód igitur corpora omnia ex ſimplicibus omnibus conſtent, dictum eſt.

G

ANT
Inter ſimplicia corpora ſolus ignis nutritur.

Qm̄ aūt eſt nutrimentum quidem materię: quod nutritur autem coniunctum materię forma & ſpecies: rationabile iam ſolum ſimpliciū corporum nutriri ignem omnium ex inuicem generatorum, quemadmodum & Priores dicunt. Solus enim & maxime ſpēi particeps eſt ignis, quia innatus eſt ferri ad terminum. Vnūquodque autem innatum eſt ferri in ſuijpſius regionē. forma enim & ſpecies in terminis omnium eſt. Quòd igitur omnia corpora ex oib⁹ conſtituta ſunt ſimplicibus, dictum eſt.

Ignis ē maxime formalis.

H

Supiora ſe hn̄t vt foŕa ad inferiora.

Oſtendit incidenter, ꝙ inter ſimplicia corpora ſolus ignis nutritur, non tn̄ proprie: quia ſola vegetabilia proprie nutriuntur, dicens, ꝙ, quia nutrimētum eſt ſicut materiale reſpectu nutriti, quia in ſuam naturā conuertitur, vt dictum eſt in capitulo de augumēto: ipſum autem nutribile eſt ſicut forma & ſpecies cōiūcta materie, rōnabile eſt, vt ſolus ignis inter ſimplicia corpora nutriatur, eò ꝙ inter omnia elementa, quæ adinuicē generātur, ignis eſt magis formalis. quod patet ex hoc ꝙ ipſe naturaliter fertur ſurſum ad terminum, i. ad circūferētiam orbis, qui maxime formalis eſt inter omnia corpora: vnumquodqꝫ enim natum eſt ferri ad ſuijpſius generationem, quæ eſt connaturalis ei: forma autem & ſpecies omnium rerum inferiorum, præter hominem, eſt in terminis omnium. quia ſuperiora ad inferiora ſe habent, ſicut forma ad materiam. Cum ergo ignis tangat orbem Lunæ, conſtat ꝙ ipſe ſit connaturalis orbi in formalitate. Vltimo recapitulat, & eſt planum.

LECTIO. VIIII.

Quæ nam ſint generationis principia: antiquorum item de Mouente refelluntur ſententiæ.

Cū aūt nōnulla generabilia corruptibiliaq; ſint, et ge-

neratio

neratio in eo, qui circa mūdi medium eſt, loco, ſit de omni generatione, & quot & quæ ſint eius principia dicēdum eſt. ſic enim facilius ſingularia contemplabimur, cū de uniuerſalibus prius ſumpſerimus.

ANT.
T.c.51.

QVia vero ſunt quædam generabilia & corruptibilia: & generatio cōtingit eis quæ ſunt circa medium locum: dicendum de omni generatione ſimpliciter, quot, & quæ eorum principia. facilius enim ſic ſingularia inſpiciemus, quādo de vl'ib⁹ acceperim⁹.

Facilius ſingularia inſpiciem⁹ p̄ acceptis vl'ibus.

Poſtquam Philoſophus determinauit de generatione & corruptione tam ſimplicium ꝙ̄ cōpoſitorum ex ſimplicibus, hic determinat de cauſis, ſiue de principijs generationis & corruptionis elementorum & miſtorum. Et circa hoc duo facit. Primo dat intentionem, ſecundo proſequitur intentum. ibi{ Sunt enim & numero.} Dicit ergo primo, cum ſint quædam generabilia & corruptibilia, & generatio & corruptio ſit in eis quæ ſunt circa medium locum: dicēdum eſt ſimpliciter & vniuerſaliter de generatione, quot, & quæ ſint eorum principia. Facilius enim in libris particularimus inſpiciebus cauſas principiorum generationum, quando cauſas vniuerſales generationis acceperimus. Curſus. n. ab vl'ibus ad pticularia eſt maior & vniuerſalior via in natura. Deinde cū dicit.

VATAB.

Sunt igitur tot numero, & genere eadem, quæ in æternis primiſq;. Nā alterum ut materia, alterum ut forma exiſtit. oportet autem & tertium inſuper adeſſe. Nā duo haud quaquam ſatis ſunt ad generandum, ſicuti nec in ipſis primis. Igitur quod eſſe & non eſſe poteſt, generabilibus cauſa, ut materies exiſtit. Nam quædam neceſſario ſunt, ceu æterna, quædam neceſſario non ſunt. quorum, illa quidem non eſſe, hæc uero eſſe eſt impoſſibile, eò ꝙ fieri non poſſit ut neceſſarium aliter ſeſē habeat. Nonnulla, & eſſe poſſunt & non eſſe. de quorum numero, generabile exiſtit, atque corruptibile. hoc enim interdum eſt, interdum non eſt. Quare neceſſe eſt, ut generatio atque corruptio circa id ſit, quod eſſe & non eſſe poteſt. Quocirca & hoc, cauſa ut materies generabilibus exiſtit. At forma ſpecieſq;, ut cuius gratia. hæc aūt eſt ſubſtantiæ cuiusq; rō. Oportet aūt & tertium quoq; adeſſe, quod omnes quidem ſomniant, nemo tamen dicit.

ANT.

Materia in generabilibus eſt cā ꝙ res poſſit eſſe & nō eē.

D

Sunt enim & numero æqualia & genere eadem principia, quę in ſempiternis & in primis ſunt. Hoc quidem enim eſt vt materia, hoc autem vt forma. oportet autem & adhuc tertiū exiſtere: non enim ſufficientia ad generandum ſunt duo, quemadmodum neque in primis. Vt materia quidem in generabilibus, quod poſſibile eſt eſſe & non eſſe cauſa eſt. Hæc quidem enim ex neceſſitate ſunt vt æterna, horum autem hæc quidem impoſſibile non eſſe, hoc autem impoſſibile eſſe: quia non contingit circa neceſſarium aliter ſe habere. Quędā vero poſſibile eſſe & non eſſe, quod eſt generabile & corruptibile. quandoqꝫ quidem enim hoc eſt, quandoqꝫ autem non eſt hoc. Quapropter neceſſarium generationem & corruptionem circa poſſibile eſſe & non eſſe. Ideoqꝫ vt materia quidem hæc cauſa eſt generabilibus, vt autem cuius gratia forma & ſpecies: hæc autem eſt ra-

A tio vniuſcuiuſque ſubſtantiæ. Oportet autem adeſſe & tertium, quod omnes quidem ſomniant, dicit autem nullus,

T.c.52.

T.c.55.
Medium.
Pricipia extrinſeca.

Proſequitur intētum: & circa hoc tria facit. Primo ponit opinionem ſuam de principijs, ſecūdo opiniones aliorum. ibi{ Sed hi quidem ſufficienter.} Tertio inquirit ſpecialiter & ſufficienter de principio mouente. ibi{ Nobis autem. Ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur, notandum eſt, ꝙ corporum generabilium & corruptibilium, quædam ſunt principia extrinſeca, & quædam intrinſeca. Principia extrinſeca ſunt agentia, ſiue mouētia. Et iſta ſe habent in quodam ordine: quia quædam ſunt proxima, & quędam remota, ſiue prima. & prima quidē principia ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, quarum ſuprema eſt Deus. & iſta ſunt eadem omnium corporalium. & propter hoc dixit Philoſophus, ꝙ corruptibilium & ſempiternorum ſunt eadem principia numero remota, pxima vero non ſunt eadē: quia principia corporū cœleſtiū ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, vt dicitur in Secūdo Meta. ſed proxima principia corruptibiliū ſunt ipſa corpora cœleſtia, vt dicit Philoſophus Primo Meteo. & Cōmentator. Intrinſeca vero principia ſunt materia & forma, & iſta non ſunt eadem numero corruptibilium & incorruptibiliū, ſed ſunt eadem ſm analogiam: quia nec materia, nec forma corrūpitur per ſe, ſed ſolum p accidēs, vt Philoſoph⁹ Primo Phy. Et ideo dicit Philoſophus, ꝙ principia corruptibilium & incorruptibilium ſunt eadē principia genere, i. analogia, ſiue proportione. Hoc ergo præmiſſo, pcedit in propoſito dicens, ꝙ principiorum rerum generabilium & corruptibilium, aliud eſt materia, aliud eſt forma: oportet aūt adeſſe tertium. Quia ſicut in ſempiternis non ſufficiunt duo ad motum, ſed oportet adeſſe mouēs, ita nec in generabilibus ſufficiunt ad generationem duo, ſed oporret adeſſe tertium: quod, eſt efficiēs. Materia vero, cum ſint ens in potentia eſt cauſa, quare iſta inferiora poſſunt eſſe & non eſſe. Forma vero eſt cauſa eſſe tantū. Sed efficiens mouet materiam, vt tranſmutetur de potētia ad actum. Ad declarationem aūt dictorū ponit quandam diuiſionem dicens, ꝙ quædam ſunt de neceſſitate in eſſe, ſicut ſunt æterna, vt corpora cœleſtia, quę in ſua ſubſtantia, & in ſuis motibus ſunt neceſſaria, & ſimiliter ſubſtantiæ ſeparate, & his opponuntur impoſſibilia adeſſe. Quędam vero ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe, & iſta ſunt generabilia & corruptibilia: quę quandoqꝫ ſunt, & qn̄qꝫ non ſunt. Et ideo neceſſarium eſt, ꝙ generatio & corruptio ſint circa corpora talia, quæ poſſint eſſe & non eſſe. Illud autem, ex quo talis potentia adeſſe & nō eſſe in eis eſt, materia dicitur. Sed cauſa finalis in Phyſicis, quę eſt, cuius gratia mouens mouet, eſt forma & ſpecies: hic. n. eſt finis motus & intentionis naturalis agentis. Et hæc eſt ratio definitiua vniuſcuiuſque ſubſtantiæ. ſed ſicut dictum eſt, cum his duobus oportet eſſe tertium principium, quod eſt efficiens: quod omnes antiqui ſomniauerunt, ſed nullus de ipſo aliquid veritatis dixit expreſſe. Deinde cum dicit.

B
T.c 24.
T.c.1.
Principia ĩtrinſeca.

T.c.82.

Qūo vltra materiaꝫ & formā opꝫ ad eſſe & agens.

C

Quę neceſſaria eſſe & quæ aliter.

Ex materia eſt potētia ad eē & nō eſſe.

Sed alij ſpecierum naturam cauſam eſſe ſufficientem ad generandum arbitrati ſunt, quemadmodum in Phædone Socrates. Nam ubi ille cæteros increpauit, tāquam nihil locutos, eorum quæ ſunt quædam ſpecies eſſe, quædam quæ ſpecies participent, & eorum quoque per ſpeciem eſſe dici, ſuſceptione uero oriri & abiectione interire ſupponit. Quare ſi hæc uera ſunt, ſpecies, cauſas eſſe generationis & corruptionis neceſſario putat. Alij, ipſam materiam, nimirum à qua ſit motus.

Sed hi quidem ſufficientem exiſtimauerunt cauſam eſſe ad generationem ſpecierum, naturam: quemadmodum in Phædone Socrates.

Etenim

Etenim ille increpās alios, quasi nihil dixissent, supponit, quoniam hęc entium, quidem spēs, hæc autem ꝑticipatiua specierum esse. Et quoniam esse quidem vnumquodq; dicitur ſm speciem generari aūt ſm susceptionē, et corrumpi secūdum abiectionem. quapropter, si hęc vera sunt, species existimant ex necessitate causas esse generationis & corruptionis. Hi autem ipsam materiam: ab hac enim motum.

Pō pl̄onis de tertio principio i phædone.

Ponit opiniones aliorū de principijs. & circa hoc duo facit. primo ponit eas, secundo improbat eas. ibi {Neutri autem.} Fuerunt autem duæ opiniones: quarū ponit primam dicens, ꝙ quidam somniauerunt naturā specierum, i. ipsas species separatas, quas Plato appellauit ideas, esse sufficientem causam ad hoc ꝙ res generentur, Quemadmodum Plato in Phedone, vbi inducit Socratē ad confirmationem suæ opinionis. Vnde dicit, ꝙ ibi Socrates increpat alios tanꝙ dicentes nihil. Et supponit, ꝙ entium, quædam sunt substantiæ, separatæ, quædam vero participantia specierum, sicut mediate: & ꝙ vnūquodq; compositum dicitur esse actu ſm speciem. generari autē ſm illius speciei susceptionem, & dicitur corrumpi secundum illius speciei abiectionem. dixit enim species rerum esse æternas, quæ sunt quasi quædam sigilla impressa rebus generabilibus. Et cum sigillatur materia, quæ fit per illarum participationem, tunc res generantur: & cum eijcitur forma sigillata, manet quidem perpetua, sed destruitur indiuiduum per eiectiōem talis formę. Quapp̄, si ista est idearum natura, vt ipse Socrates & Plato existimāt, necesse est ipsas species esse cās generationis & corruptionis. per præsentiam quidem generationis, ꝑ absentiam vero corruptionis. Secundā opinionē ponit. ibi {Hi aūt.} Dicens, ꝙ alij non dixerunt primum mouēs esse extrinsecum sicut Plato, sed dixerunt principiū trāsmutationis materiæ esse ipsam materiam, & ipsum motum rerum esse ab hac, i. ab ipsa materia disposita & informata qualitatibus primis. Deinde cum dicit.

Gn̄atio fit p sigillum.

VATAB. *At neutri recte dicunt. nam, si species causæ sunt, cur non semper gignunt continenter, sed quandoq; & quandoq; non, cum semper tum species, tum quæ eas participant in ratione rerum sint? Præterea, in nonnullis, aliam quandam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam, sciētę existente, & ipsa sanitate, & scientia, & hisce quæ eas participant. Eodem modo, & in cæteris quæ facultate quadam fiunt.*

ANT. Neutri autem dicūt bene. Siquidem .n. sunt causę species, quare non semper generant continue, sed quandoq; quidem, quandoq; nō existentibus, & speciebus semper, et participātib⁹? Amplius autem in quibusdam videmus aliam quandā cām esse. sanitatē enim Medicus facit, & doctrinam doctor, existente & sanitate ipsa, & doctrina, & participātibus. similiter autem in alijs secundum potentiam operantis.

T.c.53.

Reprobat prædictas opiniones. & primo primā, secūdo secundam. ibi {Si autem materiam} primam reprobat duabus rationibus, quarum primam ponit dicēs, ꝙ neutra opinio bona est: quia species separatæ nō sunt causæ sufficientes generationis cum materia. quia, si sunt sufficientes, quare non semper continue generantur res, & non quandoq; sic, & quandoq; non: non enim est maior ratio, quare in vno tempore species generētur ꝙ̃ in alio, cum ipsę species & participantia, i. materiæ. quæ innatæ sunt suscipere illas species, semper & eodem modo se ha- E beant. Potest autem sic ratio formari. i. Idem manēs idē semper natum est facere idem: sed species vel ideæ semp̄ manent eædem et eodē modo: ergo semper deberent generare. sed hoc est falsum, ꝙ semper generent: quia quædam qn̄q; sunt, & qn̄q; non: ergo illæ non sunt causæ generationis & corruptionis. Secundam rationem ponit ibi. {Amplius autem in quibusdam.} Dicens, ꝙ nos videmus ad sensum in quibusdam, sicut in artificialibus, ꝙ necessarium est esse aliquod primū mouens præter species, vt patet in artificialibus. Medicus enim facit sanitatem, & similiter doctor facit doctrinam, cum tamē pręter illos, ipsa sanitas & doctrina sint species, et anima discentis & complexio corporis sint participantia ipsarū specierum. & similiter est in alijs ſm potentiam, i. ſm artem operantis. Dicuntur enim artes & scientiæ potentiæ, vt dicitur. Nono Metaphy. quia per artē homo operatur, & per scientiam cōsyderat. cū ergo ars imitetur naturam, & in arte inueniamus hanc tertiam causam: ergo F in natura est tertia causa, s. mouens præter materiam & formam. Deinde cum dicit.

Ex t. c. 56. infra.

T. c. 4. & 54. meta. c. 17. Qūo artes dicanꝰ potentię.

VATAB. *Quod si qui materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profecto dixerint, quàm qui ita dicunt. Etenim quod alterat quodque transfigurationem facit, causæ ut quippiam oriatur rationem sibi uendicat magis. Et in omnibus ex æquo tam hisce quæ natura constant, quàm quæ ab arte proficiscuntur, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi uim obtinet.*

ANT T.c. 53. Si autem materiā quis inquiet generare pp motum, naturalius vtiq; dicet ita dicētibus. Alterans enim & transformans magis causa est generationis, & in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens. similiter & in his quę natura, et G in his quæ ab arte, ꝙ transmutans sit.

Reprobat scd'am opinionē: & circa hoc duo facit. primo cōparat eam primæ opinioni, secūdo destruit eā. ibi {Sed tū nec hi.} Dicit ergo primo, ꝙ, si aliquis dicat ꝙ materia ꝑdicto mō disposita generet pp motū, q̃ ipsa mouet, magis dicit ſm uaturam ꝙ̃ illi, qui dicunt spēm separatam generare. Quia id, quod alterat et trāsformat, magis est causa generationis in physicis: materia autem, secundum ꝙ dicunt, sic informata, vt dictum est, alterat et transformat: & nos etiam consueti sumus dicere in artibus, & in natura, hoc est efficiens, quod est transmutās, & alterans. Deinde cum dicit.

VATAB. *Verum enimuero, & hi quoque non recte dicunt. Pati nanque & moueri, materiæ est, agere uero & mouere, alterius potentiæ. palam autem est cum in ijs quæ arte, tum ijs quæ natura fiunt. nam neque aqua ex se animal* H *facit, sed natura: neque lignum lecticam, sed ars. Quare & isti ob id, & quia potiorem omittunt causam, haud recte dicunt quiditatem enim formamq; exterminant. Præterea potentias atque uireis corporibus tribuunt, per quas admodum instrumentaliter generant, eam quæ à specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, ut aiunt, calidum segregare, & frigidum congregare natum est, & cæterorum quodq; aliud agere, aliud pati, ex his & per hæc gigni & corrumpi cætera omnia dicunt. At ipse quoque ignis moueri ac pati uidetur. Præterea perinde faciunt, ac si quis feræ & instrumentorū cuique, eorum quæ generantur, causam tribuat. Nam cùm quis serra secat, diuidi quippiam, & cùm corradit, leue fieri necesse est, & in cæteris simili modo. Quare si quam-*

maxime

maxime agit mouetq; ignis. qūo tamē moueat nō ultra contemplantur, nempe quòd deterius q̃ ipsa instrumēta.

ANT. Sed tū nec hi recte dicūt: materiæ enim pati & moueri, mouere aūt & facere alterius potentiæ. Manifestum aūt & in his quę arte & natura generantur. non. n. ipsa facit aqua & seipsa animal, neq; lignū lectū, sed ars. quo circa & dicūt non recte pp hoc. Et qm̄ relinquunt principaliorē causam, auferunt. n. quod est esse & formam. Amplius aūt & potentias attribuunt corpori, pp quas generāt valde organice, auferentes eā, quæ ſm speciē causam. Qm̄ enim innatū est, vt inquiunt, calidum quidē segregare, frigidum aūt congregare: & aliorū vnūquodq; hoc quidem facere, hoc aūt pati, ex his dicunt & per hæc omnia alia generari & corrumpi. Videtur aūt & ignis ipse cū mouetur, pati. Amplius vero simile aliquid faciunt, vt siquis serræ & vnicuiq; instrorum attribuit causam eorū quæ generantur. necesse enim serrante diuidi, & incidente coæquari, & in alijs similiter. Quocirca si quidē maxime facit & mouet ignis, sed qūo mouet non vident, qm̄ deterius q̃ organa.

Materiæ est pati & moueri, moue re aūt & facere alteri⁹ potentiæ.

Tex. c. 54.

Tex. c. 55.

Reprobat istā opinionem ꝑ tres rōnes. Quarū prima talis est, causa materialis cū efficiente nunquam incidunt in idē numero: sed materiæ est pati & moueri, facere autē & mouere est alterius potentiæ: qa potentiæ actiuæ, quę est in agente. sequit̃ ergo ꝙ materia non pōt esse mouens vel efficiens: alias enim potentia actiua & passiua essent idē. Et hoc manifestat in naturalibus & artificialibus. Et primo in naturalibus. Aqua. n. quæ ſm ꝙ dicit Thales, ē materia oīum, vt habet̃ Primo Meta. in prologo. cap. 2. nō facit ex seipsa animal, nec aliqd aliud. Sil'r nec lignum, quod ē materia lecti, aut scamni: sed artifex ꝑ artem quā habet in mente: ex his ergo patet ꝙ isti non recte dixerūt. Secundam rōnem ponit. ibi {Et qm̄.} Dicens, ꝙ tales non recte dicunt: quod patet & alia rōne. Quia, s. derelinquunt principalē causam. auferunt. n. formā, & quod quid est vniuscuiusq; rei. Et hoc patet ꝑ supra dicta: quia dictū est, ꝙ ipsi auferūt causam mouentē: qua sublata (cū materia, quæ est in potentia, nō possit se mouere ad actū) necessario aufertur ēt forma. Sed adhuc manifestat hoc idem ꝑ aliud, quod ipsi dicunt. ibi {Amplius aūt.} Dicens, ꝙ isti attribuunt corporali materiæ potentias passiuarum qualitatum: & per illas potentias valde organice, & tanꝙ per organa & instrā, dicunt ꝙ materia generat, aliā auferentes causam, quæ est ſm speciem, i. ſm causam formalem: ꝑ quam vnūquodq; collocat̃ in specie, vt dr̄ Secūdo Phy. Dicunt. n. ꝙ calidum, quod est in materia, innatum est segregare: frigidum aūt natum est congregare. segregat. n. calidum & dissoluit, frigidum aūt congregat, & inspissat, miscet, & confundit. Et, qa res oēs constituūt mistura quadā & distinctione, ideo dicebāt ꝙ ex his duobus oīa alia agunt & patiunt̃, & omnia ex eis generant̃ & corrumpunt̃: intantum ēt, ꝙ ignis, qui est formalissimus & maxime actiuus, aliqn̄ motus à frigido, hoc modo instrumentaliter patit̃; & non dixerunt aliquā causam efficientem vel formalē. Tertiam rōnem ponit. ibi {Amplius vero simile.} Quæ talis est. Dictū est ꝙ materia generat̃ per potentias passiuarum qualitatum tanꝙ per organa siue instrā. sed hoc dicere idem est, ac si diceretur ꝙ serra & vnumquodq; instrorum sit causa eorum, quæ generant̃. Cum ergo hoc sit falsum, qa semper oportet lignum diuidi aliquo mouente, serrā aut secare, & lignū coęquari aliquo homine incidente & mouēte dolabrā, & similiter A est in alijs instrm̄tis, falsum est ꝙ materia mediātibus principijs talium qualitatū se moueat ad generationē. et ideo oportet ꝙ aliquid moueat & dirigat qualitates elementares ad species elementorum producendas. Et hoc est motus cœli, vt infra patebit. Quocirca, & si ignis maxime aliqd faciat & moueat, tamen isti nō vident qūo moueat: quia multo deterius mouet q̃ organum. quia sicut dictum est, organum dirigitur ab artifice ad actum talem vel taliter: qui inducit formam operis artis. sed ignis corrumpit cōplexiones, & hoc est multo peius ꝙ̃ actio organi ordinata ab eo, quod mouet organum.

Cā materialis & efficiēs nunq̃ incidunt in idē numero.

Aqua ē omnium materia secundū Thaletem.

Secūda rō.

Tex. c. 11. Calidi natum est segregare, frigidi aūt cōgregare.

Tertia rō.

Ignis multo deterius mouet q̃ organum, nisi ipse sit organum.

LECTIO. X.

Quis nā in ipsa generatione ac corruptione sit motor, ꝙ motus etiam continuus existat ostenditur.

VATAB. *Sed et prius à nobis uniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia & forma pertractatū atq; determinatum. Præterea cum demonstratum sit motum eum* B *esse perpetuum, qui lationi accommodatur, his existentibus, & generationem quoq; continenter esse necesse est. latio nanq; continue generationem ideo faciet, quia admouet & abmouet id quod gignendi uim obtinet.*

ANT. NObis aūt & vl'r prius dictū est de causis & nūc determinatū est de materia & forma. Amplius vero qm̄ ſm allationē motus demonstratū est, his sic se qm̄ perpetua, necesse ē, his habentibus & generationem esse cōtinue. Allatio enim faciet generationē actualiter, qa adducit & abducit generans.

Allatio facit generationē actualiter.

Postq̃ Philosophus determinauit de principijs generationis vl'r ſm opinionem suā, & reprobauit ēt opiniones aliorum de principio mouente. hic specialiter inquirit de ipso, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ipso, secundo C circa determinata mouet quasdā quæstiōes. ibi {Qm̄ aūt in cōtinue.} Circa primum duo facit. Primo dicit qd̄ est principiū mouēs ad generationē, secundo ꝓbat quoddam quod supposuerat. ibi {Qm̄ aūt necesse.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ mouens ad generationem est motus circuli cœlestis, ex quo ēt probat cōtinuitatē generationis & corruptionis, secūdo ostendit idē ex parte finis. ibi {Semper vero vt dictū est.} Circa primū duo facit. Primo dicit, ꝙ mouens ad generationē est motus circuli cœlestis, secundo ostendit qd sit ille motus. ibi {Qm̄ aūt suppositum.} Circa primum duo facit. Primo ꝓponit, secundo ꝓbat. ibi {Similiter aūt manifestū.} Dicit ergo primo, ꝙ nobis volētibus vl'em causam efficientem perpetuæ generationis manifestare, supponēda sunt ea quæ dicta sunt vl'r de causis in Secūdo Phy. & ea, quæ dicta sunt de allatione, qui est motus circuli cœlestis. Demonstratū est enim in Octauo phy. ꝙ ipsa allatio, i. loci D mutatio est motus perpetuus. his aūt sic se habētibus, necesse est generationē continue esse. materia. n. continue passibilis est. qualitates elementorum continue agunt & patiunt̃ adinuicem: hæc aūt ideo facit mutatio, quia adducit & abducit generans, s. Solem, qui est causa omnis generationis & corruptionis. Deinde cùm dicit

Tex. c. 63.

Tex. c. 61.

Tex. c. 59.

Tex. c. 56.

Tex. c. 27.

Tex. c. 55. & 56.

VATAB. *Insuper & priora esse dicta recte, lationem, inquā, mutationum primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multo magis consonum est rationi, id quod est ei quod non est ut nascatur causam esse, quā id quod non est ei quod est ut fit. Sed quod lationē subit, est, quod uero oritur, non est. Idcirco & latio generatione prior est.*

ANT. Similiter aūt manifestū, qm̄ & si priora bene dicta sunt, trāsmutationē primā allationem, sed non generationē dicendum. Multū enim rationabilius est, ens non enti generationis causam

 esse,

esse, quàm non ens enti esse. quod fertur quidē igitur est, quod generatur autem, non est. Propter quod & allatio prior est generatione.

Probat qd dixit p duas rōnes: quarū primā ponit, dicēs, q̄ sicut bene dcm est in prioribus, i. in Octauo Phy. allatio, i. loci mutatio est prima oīum mutationū: sed illud, quod est prius est cā posterioris, & nō è cōuerso: ergo. Sedam rōnē ponit, ibi {Multū. n. rationabilius.}

Rōnabilius est ens non enti generationis cām esse quàm e contra.

Quę talis est, multū rōnabilius est q̄ id, quod est semper & ppetuū & pfectū in esse, sit cā non entis q̄ è cōuerso. cū igitur illud quod fertur localiter sit ens, quod autē generat nō sit: qa, si eēt nō generaret. ergo allatio est pus generatione, & nō è cōuerso, & p cōsequēs est cā gnationis. hoc aūt est intelligēdū, qa in vno & eodē gnabili pus est generatio, q̄ loci mutatio. Deinde cum dicit.

VATAB. *Cum autem supponatur & demonstratum sit continuam rebus ipsis generationem corruptionemque competere, & lationem generationis causam esse dicamus: patet, q̄, si unica latio foret, fieri non posset ut ambæ fierent, propter ea q̄ contrariæ sunt. Nam idem eodēq; modo semper habens, idem facere natum est. quare, aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autē esse motus contrariosq; aut latione aut inæqualitate conuenit. contrariorum enim contrariæ sunt causæ. Quo circa & prima latio, ortus ac interitus causa non est, sed obliqui circuli latio: ea nanq; & continua est, & duobus motibus fit. Nam generatio corruptioue futura sit semper continua, semper quippiam quidem moueri necesse est, ut ne mutationes istæ deficiant. sed duobus, ut ne altera duntaxat eueniat. Continuitatis igitur causa est latio uniuersi: accessus uero & recessus, ipsa declinitas. accidit. n. ut interdum procul, interdum prope existat. Atque cum internallū sit in æquale, motus erit inæqualis. quare, si ex eo generat, quia accedit & prope est, & quia abscedit & procul existit, hoc idem corrumpit. Atq; si quia sæpenumero accedit, generat, & quia plerunque recedit, corrumpit, contrariorum enim causæ sunt contrariæ. Et generatio atque corruptio secundum naturam æquali in tempore fiunt.*

ANT. T.c.56. Quoniam autem suppositum & demōstratum est q̄ est continua ens rebus generatio & corruptio: dicimus autem causam esse allationem generatiōis: manifestum quidem, q̄ vna existente allatione non contingit fieri ambo: quia cōtraria sunt. Idem enim & similiter se habens semper idem innatum est facere. quocirca generatio semper erit, aut corruptio. Oportet autem multos esse motus, & cōtrarios motus, aut allatione, aut inequalitate. Contrariorum enim contraria causa. Ideo non prima allatio causa generatiōis est & corruptionis, sed quæ circa obliquum circulum. in hac enim & cōtinuum inest & moueri fm duos motus. Necesse enim si erit semper & continua generatio & corruptio semper aliquid moueri, vt nō deficiant transmutationes hæ. duo autē vt nō alterum contingat solum. Continuitatis quidē igitur totius allatio est causa. Presentię vero & absentię causa est inclinatio. Contingit. n. quādoque longe fieri, quādoq; prope. Inequali. n. distantia existente inæqualis erit motus. Quocirca, si in accedendo & in prope esse generat, & in recedendo, & longe fieri idipsum corrumpit. Et, si in multotiens adueniendo generat, et in multotiens recedendo corrumpit. Contrariorum enim cōtraria est cā. Et inequali tpe generatio & corruptio, quæ secundum naturam. T.c.57.

Idem sit se hūs sp facit idem.

Cōtrariorū cōtraria cā: Allatio circa obliquū circulū est cā gnatiōis & corruptionis.

Ostendit q̄ allatio circuli cœlestis est causa generationis & corruptionis motus circuli obliqui, qui dicitur zodiacus, & non motus primi mobilis. Et circa hoc duo facit, primo probat hoc per rationem, secūdo per ea quæ sunt sensui manifesta, ibi {Apparēt autem.} Prima in duas, primo ponit rationem, secundo infert quoddā corolarium, ibi {Ideoq; & tempus.} T.c.58. T.c.17. Dicit ergo primo, q̄ quia suppositum est & determinatum supra in primo libro, q̄ generatio est continua & semper: nos etiam dicimus, q̄ motus corporis cœlestis est causa continuæ generationis: cum autem generatio & corruptio sint cōtraria, non contingit fieri ambo, s. generationem, & corruptionem, si sit tantum vna allatio, siue vnus motus localis, quia idem manens idem, & semper similiter se habēs, semper natum est facere idem, & non contraria. si enim esset tantum vna loci mutatio esset tātum generatio vel tantum corruptio. Cum ergo non sit tantum alterum, vt patet ad sensum, oportet esse multos contrarios motus, altero duorum modorum, aut allatione, scilicet, q̄ vnus sit contrarius alteri, quod non potest esse in motu circuli. vt probatum est in primo de Cœlo. vel inequalitate, i. q̄ sit vnus & idem motus, sed inæqualiter se habeat ad ipsa generabilia secundum diuersas circuli partes, qui ex vna circuli parte causet vnum, & ex alia parte, causet aliud. T.c.24. Contrariorum enim effectuum, cuiusmodi sunt generatio, & corruptio, oportet esse contrarias causas. Cū aūt motus primi orbis, qui dicitur motus diurnus, semper vniformiter se habeat super circulos æque distantes à circulo æquinoctiali, non potest esse causa generationis & corruptionis. Sed motus circuli obliqui, qui dicitur Zodiacus est causa sufficiens vtriusq; propter motum accessionis & recessionis Solis in eo. In hac loci mutatione est continuitas generationis et corruptionis, ergo necesse est, q̄, si generatio & corruptio debeant esse perpetuę, q̄ aliquid semper & continue moueat, vt non deficiant mutationes istę. Deficiente cum causa, necesse est & effectum deficere. Sed fm aūt duo duos oportet motus esse, s. fm accessum & recessum, vt non contingat solū generatio & solum corruptio. Causa ergo continuitatis est motus totius orbis: causa vero præsentiæ & absentiæ est inclinatio, & eleuatio ipsius zodiaci: quando enim inclinatur à circulo æquinoctiali ex vna parte eleuatur ex alia: & cōtingit q̄ ipsum generans qnq; est prope locum generationis, & quandoq; longe, quando vero distantia generationis non fuerit æqualis, necesse est. motum esse inæqualē. Et ideo sicut in adueniendo & in prope esse generat rem, ita in recedendo & in longe esse corrumpit idipsum. Et si multotiens in adueniendo fm vnam medietatem circuli generat, multotiens recedendo fm aliā medietatem corrumpit: contrariorum enim contrariæ sunt causæ. Consyderandū est aūt, q̄ motus vnius medietatis circuli non est contrarius motui alterius medietatis p se, sed fm respectū radij ad locū generatiōis: qa, cū recedit, respicit obliquiori mō, & tūc dnatur frigus mortificans. Ratione ergo modi dr esse in obliquo circulo cōtrarietas mot⁹, vel rōne accessus & recessus. Ex hoc aūt cōcludit, q̄ tps gnationis est æquale tēpori corruptionis, & è conuerso. Quia Sol accedendo p sex signa generat, & per sex signa descendendo corrumpit. Deinde cum dicit.

Notabile.

Quocirca

VATAB. *Quocirca & cuiusq; tempus & uita numerum habent, numeroq; præfiniuntur, omnium enim ordo est. Et omne tempus ac uita, circuitu mensuratur. uerum nō eodem ois, sed alia minori, alia maiori mensuratur: alij siquidē annus, alij maior, alij minor circuitus mēsura est.*

ANT. Ideoq; & tempus & vita vniuscuiusq; habet numerū: & hoc modo determinātur. Oium. n. est ordo. Et omne tempus & vita mensuratur periodo. sed tamen non eadem oēs, sed hi quidem minori, hi autem maiori. his. n. annus, his aūt maior, alijs aūt minor periodus est mēsura.

Oē tps & vita mēsurāt periodo.

Concludit qddā corrolarū dicens, q̄, qa generatio & corruptio inferiorū causat à superiori motu circuli obliqui, ideo omne tps, quod est in re tpali, & oīs vita vniuscuiusq; viui habet numerū determinatū ex circulo cœlesti. Ex ipso. n. consyderatur quātum se extēdit virtus generantis, sicut patet ex scientia Astronomica. Oium. n. inferiorū rerū ordo dependet ex ordine superiorū, & oē tps, & oīs vita periodo mensurat. Est aūt periodus modulario. circuli. dicta à pari, quod est circū, & odos modulario: sed tū non oīa mensurantur eadē periodo, sed q̄dā hnt maiorē, & quædā minorē. Quorundā enim periodus est vnus annus. sunt enim quędā animalia, quæ non viuūt, nisi p annū. Quorundam vero minor, & quorundam maior, secundum q̄ magis vel minus sunt susceptibilia & receptibilia virtutis sibi infusæ à cœlesti corpore

Oīus est ordo, quo inferiora à superioribus depēdeāt. Periodus quid.

Deinde cum dicit.

VATAB. *Apparent autem & ad sensum hisce quæ dicimus cōsentanea. Accedente nanque Sole generationem fieri, & recedente, corruptionem, & in tempore æquali utrunque uidemus. Nam corruptionis & generationis naturalis tempus æquabile existit. Sed plerunq; accidit, ut in minori corruptio fiat, ob mutuam inuicem cōspirationem. Si enim materies inæqualis sit, nec omni ex parte eadē, generationis quoque inæquales, & quasdam celeriores, quasdam tardiores esse necesse est. Vnde fit, ut ob horum generationem, alia corrumpi accidat.*

ANT. T.c.58. Apparent aūt & fm sensum cōfessa, his quę à nobis dicta sunt. Videmus. n, q̄ adueniente quidē Sole, generatio est, recedente aūt, diminutio: & in equali tēpore vtrunq; equale. n. est tps generationis & corruptionis, quę fm natura. Sed contingit multotiens in minori corrumpi, ppter adinuicē cōfusionem. Inæquali enim existente materia, & nō vbiq; eadē, necesse & generationes inequales esse: has qdē citiores, has aūt tardiores. Quocirca accidit pp horū generationem alijs generari corruptionem.

Equale tps generatiōis & corruptionis quę secundū natura.

Oñdit idē ad sensum, dicēs, q̄ ea, quę dicta sunt, vera apparent etiā ad sensum. Videmus. n. ad oculū, q̄ Sole adueniente ad punctum arietis, qñ directe locū nostrū tangit, incipit esse generatio terræ nascentibus, recedente aūt Sole à principio Libræ, incipit rerum diminutio et corruptio. Et vtrunq; fit in æquali tempore, quia tantū, est tps generationis fm naturā, quantū est tempus corruptionis. quia tantus est ascensus Solis, quantus est descensus, vt dictum est. Si autem contingat aliquando corrumpi aliquā rē in minori tpe, hoc est anteq̄ vis generationis cœlestis fm rōnē periodi recedat, hoc est per accidēs. quia pp confusionem adinuicē, i. pp confusionem quatuor elementorū, quæ sunt materia cuiuslibet generati, vt supra ostensum est. Vel pp confusionem Solis, cū alijs planetis cōtrarium effectum habentibus. Prima tū exposi-

Cur viole & hmōi velocius corrūpantur.

T.c.40.

A tio magis est fm literam: quia enim materia inequaliter se habet, & non receptibilis virtutis cœlestis, & non eodem modo se habet in periodo, necesse est generationes & corruptiones inæquales esse: & ideo erunt quædā citiores, & quædam tardiores. & idcirco accidit propter generationem alijs generari corruptionem, & è conuerso: quia corruptio vnius est generatio alterius, & è cōuerso. Ad euidentiam aūt eorum, quæ hic dicuntur, duo sunt cōsyderanda. primum est quid appellet Philosoph⁹ generans, secūdum est, quid faciat periodū. Circa primum notandum est, q̄, cum superiora agant in ista inferiora per motum & lucem, vt habetur in Primo Meteo. illi maxime attribuenda est virtus generandi, quod maxime lucet, & quod lucem suā omnibus tribuens, ipsam à nullo participat. huiusmodi autem est Sol. Vnde ibidē dicitur, q̄ licet per motum stellarum causetur calor, maxime tū per motum illius sphærę, cui Sol existit infixus: quia sicut dicitur in Primo Meteororum, ad causandum calorem in istis inferioribus duo requiruntur, s. propinquitas & velocitas mobilis: quæ duo sufficienter sunt in Sole. In cæteris vero stellis deficit alterum: quia in his, quæ sunt supra Solem, licet sit sufficiēs velocitas, deficit tamē propinquitas. in his vero, quæ sunt infra Solem, licet sit propinquitas deficit sufficiens velocitas. Verumtamen non solum Sol est causa, sed etiam alij planetæ generationis: nisi forte pro tanto dicatur, quia solus Sol lucens lumine proprio omnes alios planetas illuminat, sicut maxime apparet in Luna. Recipitur tamen lux eius diuersi mode in diuersis: & non omnino fm eandem virtutem, quæ est in Sole: quia vnūquodq̄, qd est in alio, est in eo per modum recipientis & non omnino p modū recepti.

Notabilia

Quid p generās intelligatur. T.c.1.

Sol est generans.

Et alij planetæ.

Circa vero secundū sciendum est, q̄ non solū accessus vel recessus periodum facit: quia aliter in hieme nullum animal nasceretur, sed potius qdlibet moreretur, & nullius vita deberet extendi vltra annum: quod est manifeste falsum. Sed periodum facit relatio ascendentis signi super orizōtē ad omnia signa circuli cum suis stellis & planetis in hora generationis rei inferioris, quæ causat à circulo cœlesti. Hoc enim modo mensura quorundā est annus, & quorundam plus vel minus fm effectus signorū, & fortitudines stellarum, quæ sitæ sunt in signis. & hoc modo verum est, q̄ æquale est tēpus generationis & corruptionis. Quia à primo signo ascendente in hora rei, cōputatur profectus rei vsque ad septimum signum eiusdē circuli, & à signo sexto, vsq̄ in primum, cōputatur defectus. Et ideo in astrologia, septimum signum vocatur domus mortis, & ascendens, vocatur domus vitę. Et ideo generatio rei vocatur profectus vsq̄ ad statum, post statum vsq̄ ad declinationē, & à declinatione vsq̄ ad mortem vocatur periodus corruptiōis: quia æqualia sunt fm naturam, quia à primo vsque ad septimū tm est, quantū est à septimo vsq̄ ad primū p aliā & aliam partē circuli mensurando: & ideo, si periodus profectus hoīs sunt 35. vel 40. anni vt dictum est à Medicis, periodus defectus tantundem erit: ita q̄ ętas hoīs erit. 70. aut. 80. annorum. Potest tamen hoc impediri p accidens, vt per cibum malum, vel per mortem violentam, vel alio quocunq; modo. Et hoc vocat Arist. materiæ inæqualitatem: quia, s. per accidentia multa aliter disposita q̄ moueatur à circulo. Et ideo diuersimode moriuntur homines citius & tardius, q̄ p naturam mortales sint. similiter & alia aīalia. & hoc modo ętates sunt omnium rerum: quia planetę in circulo periodali positi, quando sunt fortiores, dant plures annos vitæ: & quando sunt debiliores, dant pauciores. Hoc etiam modo innotescit, q̄ qui sciret virtutes signorum & stellarum in eis positarum, dum nascitur res aliqua, cognosceret quantum est de influentia cœlesti: & posset pronosticari de tota vita rei generatę, licet hoc necessitatem non poneret, vt dictum est: quia potest impediri per accidens. Deinde cum dicit.

Diuersorū diuerse mēsuræ.

Septimū signū dr domⁿ mortis. Diuersi status vitæ. Breues hominis dies sunt, numerus mensū eiⁿ apud te est: cōstituisti termīos eius qui pteriri nō poterunt, inquit Iob.

Impedimēti piodi per accidens. Accedit ad textum.

Corollariū

VATAB.

Semper autem sicuti, dictum est, generatio & corruptio continentes erunt, nec unquam deficient, ob eam quam diximus causam. Idque ratione optima euenit.

Nam cum in omnibus quod præstabilibus est natura semper expetere dicatur, præstabilius autem sit esse quam non esse, & quot modis esse dicamus alibi dictum sit. hoc uero in omnibus inesse impossibile sit, propterea quod longe ab ipso principio distent, reliquo modo Deus ipse uniuersum compleuit, continua facta generatione. Nam ita maxime, ipsum esse continenter erit. propterea quod illud, semper, inquam, generationem fieri ad substãtiam proxime accedit. Cuius rei, ut sæpe diximus, causa, circularis latio est sola.n. continens est. Quocirca & cætera alia quæ in sese secundum affectus atque uireis transmutari solent, ceu corpora simplicia, circularem imitantur lationem. nam, cum ex aqua gignitur aer, & ex aere ignis, & rursum ex igni aer, & ex aere aqua, in orbem ire generationem ideo dicimus, quia sursum eodem redit, reciprocaturque. Quare & recta horum latio, circularem imitata lationem continens existit.

ANT.

Semper vero, vt dictum est, continua erit generatio & corruptio, & nunquam deficiet propter eam, quam diximus cãm. Hoc aũt rationabiliter contingit. Qm̃ enim in omnibus inquimus, quod melius est desyderare naturam semper. melius aũt est esse q̃ nõ esse. esse autẽ quot modis dicimus in alijs dictum est. hoc autem in omnibus impossibile existere propter longe à principio distare, reliquo modo cõpleuit esse Deus faciens continuã generationẽ. Ita.n. maxime continuabitur esse: quia proxime est substantiæ fieri semper per generationẽ. Hui⁹ aũt causa, vt dictum est multotiens in circuitu allatio: sola.n. continua. Ideo & alia quæcunq; transmutantur adinuicem ſm passiones & potentias. v.g. simplicia corpora imitantur in circuitu allationem. Qm̃ enim ex aqua aer generatur, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua in circuitu dicimus circuire generationem: quia rursus reuertitur. Quocirca & recta allatio assequens eam, quæ in circuitu continua est.

Natura sp desiderat qd melius est meli⁹ est aũt esse quã non esse.

De fine.

Ponit continuitatẽ generationis ex parte finis: & hoc primo, secundo ex determinatis soluit quandam qõnem antiquorum, ibi {Simul autem manifestum.} Dicit ergo primo, ꝙ generatio & corruptio semper erunt, vt dictum est, solũ ꝑ continuũ motũ, qui est causa efficiens cõtinuitatis eius, vt diximus, sed hæc rationabiliter contingit etiam ratione finis. Natura enim semꝑ desyderat qđ melius est: melius aũt esse est q̃ nõ esse. cũ ergo naturale desyderiũ non possit esse frustra, oportet ꝙ res naturales habeant semꝑ esse: hoc aũt est esse diuinũ. Et, quia impossibile est existere in oĩbus: quia quædam sunt, quæ longe distant à primo principio, sicut sunt res materiales generabiles & corruptibiles, & ista sunt quæ modicum participant de esse diuino: & ideo alio modo compleuit De⁹ materiæ desyderium perpetuando, s. eius esse per continuam generationem. Hoc enim modo continuatur esse, quia, s. contingit semper fieri generationẽ proxime substantiæ, s. semper contingit generari substantiam eiusdẽ speciei cum generante. Non enim generans generat sibi

Esse ẽ diuinũ & est naturalium finis.

T.c.70.

E

idem numero, sed idem specie, vt infra dicetur. Sic igitur continua est generatio ratione finis. Quæ autem sit causa efficiens, dictum est multotiens: quia motus circularis cœlestis corporis. Iste enim est solus continuus & perpetuus, vt probatum est in Octauo Physi. Ideo aũt alia, quæ adinuicem transmutantur per passiones & potẽtias suas, cuiusmodi sunt simplicia corpora quatuor elementorum, sequuntur quodãmodo circularem motum, dũ adinuicem circulariter transmutantur. Quando enim ex aqua generat aer, & ex aere ignis, & iterũ ex igne aqua: tunc dicimus ꝙ fit generatio circularis: & ideo recta allatio: i. motus rectus, qui est in elementis, consequẽs eã, quæ est in circuitu, est continua. quia Sole recedente, conuertuntur elementa superiora in inferiora. accedente vero, conuertuntur inferiora in superiora, & sic faciunt circuitum perpetuum secundum naturam. Deinde cum dicit.

T.c. 73. Elñta in generatione imitant circularẽ motum.

F

VATAB.

Ad hæc ex hisce colliquet id quod nonnulli addubitant, cur, cum corporum quodque ad suum feratur locũ in tempore infinito corpora diducta separataq; non fuerunt. Nam mutua in sese migratio, huiusce rei causa existit. Si enim in suo quodque loco mansisset, nec à uicino fuisset transmutatum, iam iam separata forent atque discreta. Trãsmutatur igitur, ob lationem quæ duplex est. & quia transmutationem subeunt, fieri non potest ut ex ipsius ullũ aliquo in loco statuto maneat. Quod igit generatio sit atque corruptio, & quam ob causam, & quid generabile & corruptibile, ex hisce quæ diximus manifestum est.

ANT. T.c.60.

Simul autem manifestum ex his, quod quidam querũt, quare vnoquoque corporum in propriam allato regionem in infinito tempore non distant corpora. Cã.n. huius est, quę adinuicẽ transitio. si.n. vnumquodque maneret in sua ipsius regione, & non trãsmutaretur ab eo quod prope, iam vtique destitissent. Transmutantur quidẽ igit ꝑꝑ allationem duplicẽ. Quia vero transmutantur, non contingit manere vllũ eorũ in aliqua regione definita. Quod quidẽ igitur est generatio & corruptio, & propter quam causam: & quid generabile & corruptibile, manifestum ex his quæ dicta sunt.

G

Solo pulchri dubii.

Ex determinatis soluit, quandam quæstionem. Dicens ꝙ his determinatis simul manifestum est quod quidam quærunt, s. quare elementa iam infinito tempore transacto non distant abinuicem separata & ordinata in ꝓprijs locis: cũ vnũqđq; moueat ad suã regionem. causa enim huius est mutua transmutatio eorum: quia vnũquodque mutat in quodlibet, vt supra ostensum est. si enim vnũquodq; maneret in sua propria regione, & non transmutaretur ab alio elemento, quod est iuxta ipsum, iam diu destitissent transmutationes abinuicem, vel etiã defecissent actiones & passiones. sed, sicut dictũ est, transmutantur adinuicẽ ſm generationẽ et corruptionẽ, ꝑꝑ motũ cõtinuũ obliqui circuli, q diuersificat nobis ꝑ accessum & recessum. quia aũt sic adinuicẽ trãsmutãtur, nullũ eorum manet ordinate in suo loco: sed q̃tum vnũ accipit de natura ꝓpinqui, tm̃ etiã accipit de loco eius, et ꝑmiscetur ei. Vñ terra & aqua vaporantia tendunt ad locum aeris, et permiscẽtur cũ eo. Et similiter, qñ ignis & aer frigore inspissantur, vadunt ad locum terræ & aquæ, & permiscẽtur cum eis. Et ideo elementa non sunt vbiq; pura, sed in partibus, in quibus se contingunt, sunt permista. Qđ aũt dcm̃ ẽ de trãsmutatiõe elñtorꝝ, itelligẽdũ est ſm ptẽ, & non

H

T.c.24.

Elñta non sunt vbiq; pura.

Notabile.

& non totum: aliter enim destrueretur mundus. Vltimo epilogat quæ dicta sunt, & est planum in litera. Deinde cum dicit.

VATAB.

Cum autem sit necesse quippiam esse mouens si futurum est ut sit motus, quemadmodum antea dictum est in alijs, & si motus semper sit semper esse quippiam mouens, & si continuus unum idemque & immobile & ab alteratione generationeue immune, & si plures sint motus circulares plura quidem, sed omnia hæc quodammodo sub uno esse principio necesse sit, & cum tempus sit cõtinuum motum esse continuum, siquidem fieri nequit, ut sit tempus sine motu, tempus profecto cõtinui cuiusspiã numerus erit. Eius igitur qui in gyrum fit, sicuti in hisce, quæ initio diximus, præfinitum est.

ANT. T.c.61.

Quoniam autem necesse est esse aliquid mouens, si motus erit, vt dictum est prius in alijs: &, si semper, ꝙ oportet aliquid esse semper: & si continue, vnum, & idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: &, si multi qui in circuitu motus, multa quidem, oĩa autem ęqualiter esse hæc necesse est sub vno principio esse. Continuo autem existente tẽpore, necesse est motũ esse cõtinuũ, cũ impossibile sit tẽpus sine motu esse. Cõtinui igit alicuius tẽpus est numerus. eius quidẽ, qui in circuitu ergo, queãdmodum in his quæ à principio determinatum est.

Motus continuitas.

Probat quoddam, quod supposuerat. dixerat.n. supra ꝙ continuitas generationis est ex continuitate motus. sed, quia in isto libro non probauerat motũ esse cõtinuũ & sempiternũ, ideo primo oñdit mot⁹ continuitatẽ, scđo dicit, vnde talis motus continuitatem habeat. ibi {Continuus aũt motus.} Dicit ergo primo, ꝙ sicut dictum est in Octauo Phy. & in Duodecimo Meta. ꝙ, si est motus, oportet ꝙ sit mouens: & si semper est motus, oportet semper esse mouens. & si semper & continue mouẽs mouet, oportet ꝙ sit vnũ, tñ immobile ſm locũ, & inalterabile, & ingenerabile. Dictum est autẽ, ꝙ, si sint multi circulares motus, oportet esse multos, motores: ita tamen ꝙ omnes sint æqualiter ordinati sub vno vniuersitatis principio, quod mouet primum motũ: sicut demonstratum est in.12. Primæ Philosophiæ. Quod aũt motus sit continuus, probatur ex tempore, quod est ſm naturã continuum, & non deficiens. Impossibile enim est ꝙ tẽpus sit sine motu, sicut impossibile est ꝙ passio sit sine ꝓprio subiecto. est enim tempus numerus alicuius continui motus. est ergo numerus motus circularis: quia sicut determinatum est in his quæ in principio diximus. i. in Octauo Phy. nullus motus põt esse continuus & perpetuus, nisi solus circularis. Deinde cum dicit.

T.c.43.

T.c.43. Impõle est tps esse sine motu.

T.c.73.

VATAB.

Sed utrum motus ideo sit continuus quia id quod motum subit continuum sit, an quia id, in quo fit motus, locus, inquam, aut affectus?

ANT. T.c.62.

Continuus autem motus, vtrum quia quod mouetur continuum est, aut in quo mouetur: velut locum dico, aut passionem.

Inquirit vnde motus habeat continuitatem. Et circa hoc duo facit. primo mouet quæstionem, secundo soluit. ibi {Manifestum itaque.} Quærit ergo, cum motus sit continuus, habetne continuitatem propter hoc quòd mobile sit continuum, vel propter locum, in quo est motus: vel propter passionem ad quam est motus. Deinde cum dicit.

VATAB.

Palam sane est, motum ideo continuum esse, quia id

A

quod mouetur continuum est. Nam quo pacto cõtinuus est affectus, nisi quia res ea, cui accidit, continua est? Si uero & quia id in quo, hoc, soli loco cõpetit. quippe qui magnitudinem quandam habeat. è magnitudinibus autem sola circularis continua est, adeo ut ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare, quod ferri assolet, motum facit continuum, motus uero, tempus.

ANT.

Manifestum itaq;, quia in quod mouetur. Quomodo enim passio continua est, nisi quia res cui accidit continua est. Si autem & quia id in quo mouetur, continuum est, hoc soli loco inest. magnitudinem enim aliquam habet. huius autem ꝙ circulo solum continuum. quocirca idem sibijpsi semper continuum. Hoc igitur est quod facit continuum motum, qđ in circuitu corpus fertur: motus autem tempus.

B

Rñdet dicens manifestum esse, ꝙ motus cœlestis est continuus: quia id, qđ mouet, est continuũ, & nõ quia locus, in quo est motus: quia primus orbis nõ est in loco ꝑ se, nec est motus cõtinuus ab eo: & ideo nõ est cõtinuus ab eo loco, in quo mouet. Motus enim in genere non habet cõtinuitatẽ ab eo in quo mouet: quia aliqñ est motus in passione, q̃ nõ est continua, nisi ꝑ accñs: quia id cui accidit est cõtinuũ. Si aũt aliqs motus sit cõtinuus ab eo, in quo mouet, hoc habebit solus motus localis: qa locus habet quãdã magnitudinẽ & cõtinuitatẽ. Sed nec oĩs mot⁹ localis, sed solus circularis: quia qđ mouet circulariter est idẽ et semꝑ, et seipso cõtinuũ: & ideo facit motũ sempiternũ & cõtinuũ: mot⁹ sempiternus facit tẽpus sempiternũ.

LECTIO. XI.

Quænam necessario, & quæ contingenter fieri contingat.

C

VATAB.

Cum autem in hisce quæ per ortum alterationemue, aut omnino transmutationem continenter mouẽtur hoc post hoc deinceps esse ac oriri intantum ut non deficiãt, uideamus, utrũ quippiam sit quod erit necessario an nihil, sed oĩa non fore contingat, consyderandum est.

ANT. T.c.63.

QVoniam autem in continue motis ſm generationem, aut alterationẽ, aut vniuersaliter transmutationem, huiusmodi videmus ordine quodã esse, ac generari hoc post hoc ita, vt non deficiat, videndũ est, vtrũ est aliquid quod erit ex necessitate, aut nihil, sed omnia contingit non fieri.

D

Postquam Philosophus determinauit de principijs generationis & corruptionis, & cõtinuitatis eius, In parte ista mouet quæstionem quandam, quæ põt oriri ex prædictis. Cum enim dictum sit, ꝙ motus circularis sit causa generationis & corruptionis & perpetuitatis, siue cõtinuitatis earum: & ostẽsum sit ꝙ iste motus sit ex necessitate continuus & sempiternus, nõ est ostensum ꝙ effectus eius debeat esse necessarius. Et ideo hic quęrit. Philosophus, vtrũ oĩa, quę generantur ex necessitate generẽtur. Et circa hoc duo facit. primo mouet qõnem, secũdo ostendit quomodo sit generatio infinita. ibi {Siquidem enim in infinitum.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem, & breuiter soluit, secundo repetit, vt eã melius declaret. ibi {Vtrum igitur omnia talia.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem, secundo soluit. ibi {Quoniam enim quidem.} Dicit ergo primo, quòd, quia nos videmus in omnibus continue motis, siue ſm generationem, siue ſm alterationẽ, siue vniuersaliter ſm omnem transmutationẽ moueãtur, ꝙ post transmutationem est ens: & videmus, ꝙ vnũ generatur

T.c.68.

T.c.65.

An aliquid ex necessitate generet.

post aliud & non deficit: videndū est, vtrū aliquid ex necessitate generetur, vel incidentaliter, sed omnia contingit esse generata & non generata. Deinde cum dicit.

VATAB. *Palam enim est, ꝙ nonnulla. Atq; continuo fore & esse futurum, hac de causa, diuersa sunt. Nam de quo uerum est dicere ipsum fore, de eo tandem hoc, ipsum, inquam, esse, uerum sit oportet. de quo uero nunc uerū est dicere, ipsum esse futurum, hoc non fore nihil uetat. Nā tametsi futurum est ut quispiam ambulet, tamē fieri potest ut non ambulet.*

ANT. T.c.64. Quoniam enim quædam manifestum. & quia mox erūt & futurum aliud propter hoc. Qđ quidē enim verū est dicere quia erit, oportet hoc esse quādoq; verū, quia est. qđ aūt nūc verum dicere, quia futurum est, nihil prohibet non fieri. futurus enim incedere quis non incedet.

Futurus incedere qs nō incedet,

Ponit solutionē: & primo ponit eā, secūdo probat. ibi {Vniuersaliter aūt qm̄ contingit.} Dicit ergo primo, ꝙ manifestum est in quibusdā, ꝙ mox, vt erūt quædam alia, generantur ex necessitate, & pp illa sint. Vt si terra madescit, necesse est terrā vaporare, & ex vapore nubem generari, & ex nube pluuiā, & ex pluuia terrā madefieri, & ex illa necesse est iterum exire in vaporē, & sic in infinitū. cū.n. de aliqua re in sua cā efficiente, & materiali determinata, verum est dicere nunc quoniā erit, & oportet illā aliqñ existere: sicut patet in prædictis exēplis. Aliqd tñ futurū esse nō hñs cām determinatā, nihil prohibet cōtingere non esse. v.g. verū est nūc dicere de aliquo ꝙ ipse est futurus incedere, pōt tñ impediri propositum eius. & ita non incedet. Deinde cum dicit.

VATAB. *Omnino autem cum ex entibus nonnulla & esse & non esse contingat, ꝙ & ea quæ gigni solent, ita sese habebunt, & non necessario erunt apertum est.*

ANT. T.c.65. Vniuersaliter autem quoniā contingit quędam entium esse, & non esse, manifestum quoniam, & quæ generantur ita habebunt, et non ex necessitate hęc erunt.

supra tex. cō.51. post medium.

Probat prædictam solutionem: & est ratio sua talis, sicut est in entis diuisione, ita vniuersaliter est in generatione: sed in entibus ita est, ꝙ quædam sunt contingentia esse & non esse, & quædam non contingunt non esse, sed sunt ex necessitate: ergo ita est in generatione, quia quædam ex necessitate generabuntur, & quædam contingit generari. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Vtrum igitur uniuersa sint eiusmodi? An non. sed aliqua simpliciter fore necessarium sit. Et sicut in ipso esse fit, ut quædam non possint non esse, quædam possint non esse, sic & in ipsa quoq; generatione. uerbi gratia, solstitia fore necesse est, nec fieri potest ut non contingant. Si igitur prius fore necesse est si posterius erit, ut si domus fundamentum, si uero fundamentum lutum: nonne ergo si fundamētū, factum est, domum quoq; fore necesse est?*

ANT. T.c.66. Vtrum igitur omnia talia: aut non, sed quędā necesse simpl'r fieri. Et ē, queādmodū cōtingit in esse. hæc quidē impossibile non esse, hæc aūt possibile, ita & circa gñationē. verbi gratia conuersiones necesse est fieri, & non possibile est non contingere.

T.c.67. Si igitur quod prius necesse est fieri, si quod posterius erit. v.g. si domus & fundamētum, si vero hoc, lutum prius:

E ergo, si fundamentum factum est, necesse & domum fieri.

Repetit prædictam quæstionem, vt melius eam declaret: & circa hoc duo facit. & primo ponit eam, secundo soluit eam. ibi {Aut non adhuc} Quærit ergo primo, vtrum omnia quæ generantur sint talia, ꝙ ex necessitate generentur, aut non sunt talia omnia, sed aliqua cōtingenter, vel quædam necessario, ita, scilicet ꝙ sit sicut in rebus, quòd quædam sunt contingentia & possibilia non esse, & quædam necesse est simpliciter esse, quæ impossibile est non esse. An ita est circa generationem, ꝙ quædam necessario generentur quibusdam generatis, et quædam non possibile generari non generatis illis, verbi gratia, si est necesse fieri conuersiones, i. cum videamus quòd vniuersaliter generato posteriori, necesse sit generatum prius esse: an necesse sit è conuerso, scilicet generato priore necesse sit generari posterius. v.g. nos videmus, ꝙ, si domus est generata, necesse est fundamentum esse generatum, & si fundamentum est, necesse est

F priusquam ita fuerit generatum, fuisse lutum. Quæramus ergo vtrum conuertatur, quòd, si fundamētum est generatum, quòd etiam domus sit generata, vel non conuertitur. Deinde cùm dicit.

VATAB. *An non adhuc, nisi & eam fore simpliciter necesse sit? quòd si hoc sit facto fundamento, fore domum necesse est. Nā sic prius sese habet ad posterius. Qua de causa si hoc erit, ante fore illud, est necesse. Si itaq; est necesse fore posterius, prius quoq; necesse est. & si prius, & posterius. Verum non ob illud. sed quia necessario, futurū supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperque, si prius est factum, posterius fore necesse est.*

G ANT. Aut non adhuc si non & illud necesse generari, aut non necesse est esse adhuc. si autē & id necesse generari simpliciter. si esset hoc & fundamento generato, necesse generari domum. sic enim prius se habet ad posterius. Quare, si illud erit, necesse illud prius generari. Si igitur necesse generari & quod postea, & quod prius necesse. &, si quod prius, & quod posterius, igitur est necesse. Sed hoc non est propter istud, sed qm̄ subiectum est ex necessitate futurum. In quibus igitur quod postea necesse est esse, in his conuertitur: & semper priori generato, necesse generari quod postea.

Soluit propositam quæstionem dicens, ꝙ non est necesse conuersionem fieri, ita quòd vno generato generetur aliud, & è conuerso ex necessitate: nisi generato prio-

H ri simpliciter necesse sit generari posterius. Si autem ita fuerit in domo et fundamento, ꝙ, scilicet, generata domo necesse sit necessitate absoluta generari fundamentum, tunc etiam necesse est fundamento generato generari domum. Sic enim ostensum est supra, quòd prius hoc modo se habet ad posterius, scilicet, ꝙ vno generato generatur aliud, & è conuerso. quia, si posterius est generatum, necesse est generari prius, & è conuerso: & si posterius necessario generatur, necesse est generari prius, & conuertitur. quia, si illud, quod est prius generatū, puta fundamentum, necesse est generari, quod est posterius, puta domum. Sed, si vere loquamur, non propter illud, quod domus sit causa generationis fundamenti: sed quoniam subiectum sit ex necessitate futurum, fuit necessitas suppositionis ex hypotesi: quia posito toto necesse fuit suponi & partem, & ideo non conuertitur. Conuertitur autē in oībus in quib⁹ posterius gñat̄ à priori, sicut ex tota causa

causa materiali tota manente, quodā continue accedente & recedente: quia in talibus, priori semp generato, necessario generat̄ posterius, & è conuerso. Est ergo summa solutionis in hoc, ꝙ, qñ termini generationis ita se habent, ꝙ vterq; sit tota materia alterius, & è conuerso: sicut est in exemplis terræ cōplutæ vaporis, nubis, & pluuię: & similiter in generatione elementoꝝ sub circulo decliui, tūc necesse est ꝙ vno generato generet̄ aliud, & è cōuerso. et hoc ideo, quia vtrunq; est prius & posterius respectu alterius. Qñ vero vnum nō est tota materia alterius, sicut fundamentum non est tota materia domus, tunc non est necesse ꝙ priori generato, generet̄ posterius, sicut fundamento generato non est necesse generari domū, domo tñ generata necesse est generari fundamentū: nō quidē necessitate absoluta, sed ex suppositiōe, dato, s. ꝙ fundamentū sit pars domus: quia posito toto, necesse est poni partem.

Resolutio qstionis. Qñ vno generato necessario sequtur aliud. Qñ ñ necessario vnum seqt̄ aliud.

LECTIO. XII.

Generationem non esse infinitum in rectum, sed in circuitu, probatur.

VATAB. *Quod si deorsum uersus, in infinitum abeant, haud quaquā ex posterioribus hocce fore simpliciter, sed nec ex suppositione quidem erit necesse.*

ANT. Tex. c. 68. SI quidem .n. in infinitū tēdit, & ad inferius, nō erit necesse eorū, quæ postea, hæc generari simpliciter, sed neq; ex suppositione.

In isto loco Philosophus ostendit ex p̄dictis qūo generatio sit infinita: quia, s. in circuitu, & non ẜm rectum. & primo hoc facit, secundo mouet quasdam quæstiones. ibi

Tex. c.70. {Quare ergo hæc quidē.} Circa primum duo facit. Primo probat ꝙ generatio sit infinita non ẜm rectum, sed in circuitu. Primo per diuisionem, secundo per causam. ibi

Tex. c. 69. {Et aliter apparuit.} Circa primū do facit. Primo pbat ꝙ generatio non potest esse infinita ẜm rectū, secundo recolligit rōnem & ordinat eam. ibi {Necesse aūt.} Circa primū intēdit Philosophus talem rōnem, si generatio est ẜm rectum non erit ex necessitate & semp: sed generatio est ex necessitate, vt ostensum est: ergo non est ẜm rectū. In ista rōne sic procedit. Primo ponit Maiorem, secundo Minorem. ibi {Sed oportet semp generationē.} Tertio conclusionem. ibi {Si igit̄ alicuius.} Circa primum duo facit. Primo probat ꝙ generatio non est necessaria in infinitis ẜm rectum, secundo in habētibus finem. ibi {At vero neq; in finem habentibus.} Circa primū duo facit. Primo proponit, secundo probat. ibi {Semp enim alterꝝ anterius.} Ad euidentiā primæ partis sciēdum est, ꝙ sicut supradictū est, in his quæ generant̄ adinuicem, semp unū est prius, & alterꝝ posterius, & necesse est generato priori, generari posterius, & è conuerso in his, in quibus est necessitas absoluta. In his vero, in quibus est necessitas ex suppositione, oportet aliquid esse prius, & aliquid posterius. Dicit ergo primo, ꝙ, si generatio tēdit in infinitum, siue superius ad generata, siue inferius ad generanda, non est necesse nec necessitate absoluta, nec necessitate ex suppositione, generari eoꝝ quæ postea, i. aliquid, quod sit de numero eorum, quæ sunt post. Quod est contra id, quod supra est probatū, vbi dictum est, ꝙ generato priori, necesse est generari posterius. Deinde cùm dicit.

Ratio quā Philosoph⁹ intendit.

VATAB. *Nā semp aliud ante necessario erit: quo circa & illud fore necessarium erit. Quare, si infiniti non sit principiū, nec primum quicquā erit, ob quod fore erit necessarium.*

ANT. Semper enim alterum anterius necesse esse: ideo & necesse illud generari. Quocirca, si non est principium infiniti, neq; primū aliquid erit, propter quod nil necesse erit generari.

Probat propositum, dicens, ꝙ in his, quoꝝ primo genito necesse est aliud, s. posterius generari quacūq; necessitate, semper alterꝝ est ante, & aliud post. sicut ante ē ter-

A ra madefacta, q̄ vaporatio: licet ēt in conuersione ante sit vaporatio q̄ terra madefacta: quia vtrunque se habet ad vtrunq;, vt prius & posterius. Similiter est prius fundamentū q̄ sit domus. sed in infinitis nullum est primū, & p consequens nec postremū: ergo nō est necesse generari, & ita non est necessaria generatio. Deinde cùm dicit.

VATAB. *At uero nec in hisce quidem, quæ finem habent atq; terminū, hoc uere dici continget, simpliciter, inquam, fore quippiam, ceu domum, cùm factum fuerit fundamentum. Nam cùm fuerit factum, nisi semper eam fieri sit necesse, semper id esse, quod potest non esse, eueniet.*

ANT. At vero neq; in finem habentibus hoc est dicere vere, ꝙ necesse ē simpliciter generari. v.g. domum, qñ fundamentum generat̄. Qñ enim generatur, nisi necesse est generari semp, hoc ac-

B cidet semper, esse contingens semper non esse.

Ostendit ꝙ generatio non possit esse infinita in habentibus finem dicens, ꝙ neq; est verꝝ dicere in habentibus finem ꝙ necesse sit simpliciter generari. Et est intelligendum, ꝙ, si non fiat reiteratio: quia si in talibus generatio reiteretur, tunc erit circularis, & non solum recta. v.g. nō est necesse generari domum, fundamento generato. si.n. qñ fundamentum est generatum, necesse est semper generari hoc, i. domum, sequeretur ꝙ illud quod contingit nō semper esse, semper esset. Cùm autem videamus ad sensum ꝙ non semper generatur domus generato fundamento, sequitur, ꝙ non sit necesse generato fundamento generari domum. Deinde cùm dicit.

VATAB. *At generatione semper sit est necesse, si ipsius generatio necessario sit. nā necessario & semp, simul sunt. quod enim esse est necesse, non potest non esse. Quare si quid ne-*

C *cessario est, sempiternum est. & si sempiternum est, necessario est. Si itaq; huiusce generatio necessario est, sempiterna est, & si sempiterna, necessario.*

ANT. Sed oportet semp generationē esse, si ex necessitate est eius generatio: ex necessitate .n. & semper simul. quod .n. est necesse, non possibile nō esse. Quocirca si ex necessitate est, sempiternum est: & si sempiternum, ex necessitate. Et, si generatio igit̄ ex necessitate, perpetua est generatio huius: & si sempiterna, ex necessitate.

Esse sempiternū & ex necessitate cōuertunt̄.

Ponit Minorē, & probat eā, quia manifesta est p prædicta. Vnde dicit, ꝙ generatio est semp, quia generatio eius, s. posterioris ex necessitate absoluta ē generatio prioris: quod aūt est ex necessitate, & qđ est semp simul sunt: quia, si vnum est, & reliquum. & hoc sic probat: qa illud, quod necesse est esse, impossibile est non esse: & quod im-

D possibile est nō esse, necesse est semp esse. Quocirca, si aliquid est ex necessitate, est sempiternum: & è conuerso, si est sempiternum, est ex necessitate. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Si igitur generatio cuiuspiā necessario simpliciter sit, in orbem eat eòdemq; reuertatur necesse est.*

ANT. Si igit̄ alicuius ex necessitate generatio simpliciter necesse circuire & reuerti.

Cōcludit ꝙ alicuius generatio est ex necessitate simpliciter, & non ex suppositione, cum non possit esse secundum rectum, vt ostensum est, necesse est ꝙ sit circularis et per reiterationem. Deinde cùm dicit.

VATAB. *Nam generationem, aut terminū habere, aut non habere, necesse est. Et si nō habeat, aut in rectum, aut in circulum. Horum aūt, si sempiterna sit, in rectū minime possibile est, quia nequaq̄ sit principium, neq; deorsum, ut in futuris accipimus, neq; sursum ut in hisce quæ iam facta sunt.*

sunt. At esse principiũ, si finita non sit, atq; eã sempiternã esse, necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur, regressum fieri necesse erit. ut si hoc necessario sit, ergo & prius. at uero si hoc, et posterius fore erit necesse. Atq; hoc semper continue. nihil enim refert, per duo an plura hoc dicamus. Igitur necessario simpliciter, circulari motui atq; generationi cõpetit. Et si ĩ orbẽ fiat generatio, fore quodq; & esse factũ necesse est. & si necesse sit, horũ generatio circularis erit. Hæc itaq; non sine rõne accidunt, postea quam motus ille circularis atq; cœlestis perpetuus est.

ANT. Necesse igit aut finem habere generationẽ, aut non. & si non, aut in rectũ, aut in circuitu: Horum aũt si erit sempiterna, in rectum impossibile est: quia nequaq̃ est principium. neq; si inferius, vt ad futura inspiciamus, neq; superius, vt ad generata. Necesse aũt principium, quoddam esse, si non sit finita, & sempiternam esse oportet. Ideo necesse in circuitu esse. Conuerti igitur necesse erit. v.g. si hoc ex necessitate est, & quod prius ergo: sed si hoc, & quod posteriꝰ necesse generari, & hoc semper iam continue. nihil enim hoc differt dicere per duo aut multa. In circuitu igitur motu & generatione est quod ex necessitate simpliciter. et si in circuitu

Tex. c. 69. necesse generari & generata esse. Et si necesse, horum generatio in circuitu. Hoc vtiq; quidẽ est rationabiliter, quoniam perpetuus.

Recolligit rõnem & ordinat dicens, q̃ necesse est q̃ generatio aut habeat finem aut non. Sed q̃ non habeat finẽ

Tex. c. 17. supra probatum est, tã ex parte motus in Primo Libro, q̃

Tex. c. 56. ex parte motus & ex parte finis in Secundo. Si ergo non

vsq; ad. 59. habet finẽ, aut est infinita ſm rectum, aut in circuitu: sed, sicut supra ostensum est, nõ est possibile q̃ sit infinita ſm rectum: quia in infinitis nõ est principium. neq; ad inferius, i. ad futura generanda, neq; ad superius, i. ad præterita generata. Cũm aũt generatio nec habeat principiũ, nec sit finita, necesse est q̃ sit sempiterna, & per cõsequens sit in circuitu: & si est in circuitu, necesse est eam conuerti ab vltimo in primum. v.g. si hoc est ex necessitate generatũ ab hoc, sicut terra compluta à pluuia, necesse est q̃ generatum illud, quod fit est prius, s. pluuia, generatum, &, si pluuia est generata, necesse est q̃ prius fuerit aliquid generatum, s. nubes: & si nubes, oportet prius q̃ fuerit uapor: & si vapor, oportet prius q̃ fuerit terra madefacta, & sic altq̃ reuertitur in primum, & sic sit continua: quia nihil differt dicere, q̃ conuersio fiat per medium vnum, vel p duo, vel per plura, dũmodo ab vltimo redeat in primũ.

Quæ in circuitu generant, necessario & simpliciter generantur, & è contra. Necessariũ ergo simpliciter est, q̃ vnum generet ab altero in motu & generatione, quæ est in circuitu: & si aliqua necesse est in circuitu generari, necesse est ista simpliciter generari. & è conuerso, si necesse est ista simpliciter generata esse, ista necesse est in circuitu generari: hoc ergo, s. q̃ generatio sit perpetua, non in rectum, sed circulariter, rationabiliter apparuit. Deinde cũm dicit.

VATAB. *Deficit forte textꝰ iste. *Nam hæc necessario fiunt & erũt, quæcunq; huiusce motiones sunt, & quæcunq; propter hunc fiunt motum. Nam si id, quod in urbẽ mouet, aliquã semper moueat, eorum quoq; motum circularem esse necesse est. ut si supera latio orbita fit, Sol orbito mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, hac sanè de causa, anni tempora in circulum fiunt redeuntq;. Quæ cùm ita fiant, omnia profecto, quæ sub ipsis sunt, haud secus fient.*

E Et aliter apparuit in circuitu motꝰ & q̃ cœli: ANT. qm̃ ex necessitate hæc generanẽ & erunt quæcunq; huius motus, & quæcunq; propter hũc. Si enim quidẽ quod in circuitu mouetur semp aliquid mouet, necesse & horum in circuitu eẽ motum. v.g. superiori allatione existente in circuitu, & Sol sic. Qm̃ autem fit hoc, horæ propter hoc in circuitu generantur & reiterantur. his autem generatis, ita iterum & quæ ab his.

Ostendit hoc idem per causam dicens. Quòd aliter potest ẽt hoc idem demonstrari, s. per motum cœli. q̃a enim ipse est in circuitu, ideo ex necessitate elementa adinuicẽ generanẽ. Si. n. motus cœli est in circuitu, oportet q̃ quæcunq; sunt passiones huius motus, & quæcũq; sunt p hũc motum solum, sicut p causam efficiẽtem, q̃ ẽt illa sint. Si enim qd̃ in circuitu mouet mouet elemẽta, necesse est ẽt

F q̃ motus horꝫ, quæ sunt passiones eius, & q̃ motus eorũ quæ sufficienter generantur ab hoc sint ẽt ex necessitate. v.g. cũ allatio superioris, hoc est circuli decliuis, sit in circuitu, necesse est q̃ moueantur etiam alij planetæ. Quia vero hoc, i. Sol mouetur in circuitu, necesse est ẽt horas in circuitu generari & iterari: horis autem in circuitu generatis, necesse est q̃ omnia, quæ sunt à causa efficiẽte, sicut à motu Solis, & motu horarum, sint etiã generata ex necessitate & in circuitu: & hæ sunt generationes elementorum: quia ex istorum generatione omnia alia generãtur, maxime omnia temporalia. Deinde cùm dicit.

Cur nam igitur quædam ita fieri uidentur. nempe circulatim oriri, ut pluuia & aer. nam si nubes erit, pluat ẽt oportet, & si pluet, nubem quoq; fore conuenit. homines uero & animalia in sese non redeunt remeantq; ita, ut idẽ rursum oriatur? non enim si pater sit, te fore, sed illum si tu sis, necesse est. VATAB.

G Quare ergo hæc quidem ita videntur. v. g. aer & aqua in circuitu generanẽ. Et, si quidem nubes erũt, oportet & pluere: &, si pluet, oportet & nubẽ esse. homines vero & animalia nõ reiterãtur in seipsos, vt rursus generetur idem. nõ enim necesse est si pater tuus generatus est, & te generari, sed, si tu, illum. ANT. Tex. c. 70.

Mouet duas quæstiones. secundam. ibi {Principium aũt intentionis.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionẽ, secundo soluit. ibi {In rectũ itaq;.} Quærit ergo primo, quare in quibusdã esse vr̃, q̃ in circuitu generantur. v.g. aer & aqua, & cætera elemẽta: quia, si nubes erit, oportet pluere, & si pluet, oportet nubes esse, et iterat

H ur. in quibusdã vero non est ita, nã homines & animalia non reiteranẽ. nõ enim est necesse te generari, si pater tuꝰ est generatus: sed, si tu es generatꝰ, necesse est patrem tuũ generatum fuisse. Deinde cùm dicit.

Hæc autem generatio in rectum proficisci uidetur. VATAB.

In rectum itaq; uidetur hæc generatio esse. ANT.

Soluit dictã quæstionẽ dicens. Quòd quare aãalia non reiteranẽ est, quia eorꝫ generatio est ſm rectum, & nõ ſm circulum. Nã, sicut supra dictũ est, vbi vterq; terminorũ non est tota materia ad alterꝫ, vt vno motore diuersimode se habẽte educãt vtrũq; de vtroq;, in his nõ est generatio circularis, sicut ĩ te & pre tuo: q̃a pater tuus nõ ẽ tota materia tua: in elemẽtis uero vnũ ẽ tota materia ad aliud, & vno motu decliuis circulo põt educi vnũquodq; ab altero: & ideo in eis ẽ generatio circularis. Deide cũ dicit. Solutio. In qbus circularis generatio fit. Tex. c. 67.

Rursum autem hoc consyderationis initiũ sumatur, simili ne modo uniuersa redeant, an non, sed quædam numero, quædam specie solum. VATAB.

Principium

ANT. Principium aũt intentionis rursus hoc: vtrũ similiter omnia reiteranẽ, aut non. sed hoc quidem numero, hoc autem specie solum.

Questio secunda. Ponit aliam quæstionem: & primo ponit, secundo soluit ibi. {Quorum quidem igitur.} Quia enim probatum est q̃ generatio sit perpetua per reiterationem, posset aliquis credere, q̃ omnia eadem reiterantur: & ideo dicit, q̃ principium intentionis in hac vltima parte, est quærere, vtrum omnia similiter reiterantur aut non, sed hæc quidem reiterantur eadem numero, alia vero solum eadẽ specie. Ex quo enim omnium est generatio secundum materiam, videtur q̃ omnia eadem secundum numerum debeant iterari. Deinde cùm dicit.

Vñ questio oriatur: VATAB. *Quorum igitur substantia motuum subiens incorruptibilis est, ea omnia, ut patet, etiam numero eadem redire solent. nam motus, id comitari solet quod motu cietur. quorum uero non, sed corruptibilis, specie non idem numero, reuerti necesse est. Quocirca, cum ex aere aqua fit, & ex aqua aer, aer specie idẽ, non numero, redit. Quod si & eadem numero aliqua redeant, non tãẽ ea quorũ substantia ortũ subit, eiusce modi existens quæ nõ esse possit.*

VATAB. Quorum quidem igitur incorruptibilis substantia mota, manifestum, quoniam & numero eadem erunt. motus enim sequitur quod mouetur. quorum autem non, sed corruptibilis

Motꝰ sequitur mobile. necesse specie, numero autẽ non reiterari. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua, specie idem, non autem numero. Si autem & hæc numero, sed non quorum substãtia generatur, ens tale quale contingit non esse.

Soluit hanc quæstionem dicẽs. Quòd ea, quorum substantia nõ corrumpitur in mutatione, manifestum est, q̃ iterantur eadem numero, sicut Sol reiteratur in obliquo circulo: quia motus sequitur id, quod mouetur: quia non est motus nisi existentis in actu, vt ostensum est in Quinto Physicorum. Ea vero, quorum substantia non est incorruptibilis, sed est corruptibilis, necesse est iterari eadem specie, & non eadem numero: & ideo aqua, quæ est ex aere, & aer ex aqua, sunt specie eadem, non eadem numero. corrumpitur enim eorum substãtia in tali transmutatione. Sed tamen, cùm aer sit tota materia aquæ, & è cõuerso, talia reiterata magis accedunt ad identitatem materialem quàm animalia et homines reiterati. Vnum enim animal generans, puta bos, non est tota materia generati alterius bouis: & ideo minus accedunt ad identitatem numeralem, quàm elemẽta in circulari generatione elementorum. vnde & si propter hoc concedatur quòd elementa aliquo modo reiterentur eadem numero, nõ tamen cõceditur, quòd propter hoc simpliciter reiterentur eadem numero: quia eorũ substantia est talis corruptibilis, qualem non cõtingit esse eadem in generato, & in eo ex quo generatur. Sed videtur in solutionibus istarum duarũ quæstionum esse contradictio, nam in prima dicit Philosophus quòd animalia non reiterantur, in secũda vero dicit quòd reiterantur eadem specie. Sed dicẽdum, quòd prima dicit quòd animalia non reiterantur eadem numero, & sic concordat cum secunda. Vel quòd non ex necessitate est in eis reiteratio in generatione, siue secũdum numerum, siue secundum speciem. Et ideo patre tuo generato non est necesse te generari, sed te generato, necesse est patrem tuum generatum fuisse. Et in hoc non contradicit secundæ solutioni: quæ dicit, quòd, si iterantur, iterantur eadem specie, non eadem numero.

Solutio. Quæ corruptibilia quõ eadẽ numero reiterentur. Dubitatio. Solutio prima. Secunda.

Commentariorum S. Thomæ super Libros de Generatione & Corruptione, finis.

S. THOMAE AQVINATIS DE ELEMENTORVM MISTIONE OPVSCVLVM.

SVMMA.

Quomodo in misto non actu, sed uirtute remaneant elementorum formæ quibusdam allatis ac confutatis opinionibus, declaratur.

B DVbium apud multos esse solet, qũo elementa sint in misto. Videtur autẽ quibusdam q̃ qualitatibus actiuis & passiuis elementorꝫ ad mediũ aliqualiter deductis per alterationẽ, formæ substantiales elementorꝫ maneant. si enim non remaneãt, uidetur esse corruptio quædam elementorꝫ & nõ mistio. Rursum, si forma substantialis corporis misti sit actus materiæ, non pręsuppositis formis simplicium corporꝫ, tunc simplicia corpora elementorum amittent rõnem. est enim elementum, ex quo cõponit aliquid primo, & est in eo, & est induisibile ſm speciem. sublatis enim formis substantialibus, non sic ex simplicibus corporibus corpus mistũ componet, q̃ in eo remaneant. Est aũt impossibile sic se habere. Impossibile est enim materiam ſm idem diuersas formas suscipere elementorꝫ. si igitur in corpe misto formæ substantiales elementorꝫ saluent, oportebit diuersis materiæ partibus eas inesse. materiæ aũt diuersas partes accipere est impossibile nisi præintellecta quãtitate in materia. sublata. n. quantitate substãtia remanet ĩdiuisibilis, vt patet Primo Phy. ex materia aũt sub quantitate existẽte, & forma substantiali adueniente corpus physicum constituit. Diuersæ igitur partes materiæ formis elementorꝫ subsistentes plurũ

C corporum rõnem suscipiunt. multa aũt corpora impossibile est simul esse. non igit in qualibet parte corporis misti erunt quatuor elementa, & sic nõ erit vera mistio, sed ſm sensum, sicut accidit in congregatione inuisibiliũ, siue insensibilium corporꝫ propter paruitatem. Amplius. omnis forma substãtialis propriã requirit dispositionem in materia sine qua esse non potest. vnde alteratio est via ad generationẽ & corruptionem. Impossibile est autẽ in idẽ conuenire propriã dispositionem, quæ requirit ad formam ignis, & quæ requirit ad formam aquæ. quia ſm tales dispositiones ignis & aqua sunt cõtraria: contraria aũt impossibile est simul esse in eodem adæquate: impossibile est igit, q̃ in eadem parte misti sint formæ substantiales ignis & aquæ. si igit mistum fiat remanẽtibus formis substantialibus simplicium corporꝫ, sequitur q̃ nõ sit vera mistio, sed ad sensum solum, quasi iuxta se positis partibus insensibilibus pp paruitatem. Quidãm aũt vo-

D lentes utraq; rõnes euitare in maius inconueniens incidunt. Vt enim mistiones elementorꝫ ab eorũ corruptione distinguerent, dixerunt, formas quidem substantiales elementorꝫ remanere in misto aliqualiter, sed, ne cogerentur dicere esse mistionẽ ad sensum, & non ſm veritatẽ, posuerunt, q̃ formæ elementorꝫ non remanent in misto ſm suũ complementũ, sed q̃ in quoddam medium reducunt. Dicunt enim, q̃ formæ elementorꝫ suscipiũt magis & minus, & habent cõtrarietatem adinuicem. Sed quia hoc palam repugnat opinioni, & dictis Philosophi dicentis in Prædicamentis, q̃ substantiæ nihil est contrarium, & q̃ non suscipit magis & minus, vlterius procedunt, & dicunt, q̃ formæ elementorꝫ sunt imperfectissimæ, vtpote materiæ primę propinquiores. vnde sunt medię inter formas substantiales & accidentales. Et sic, inquãtum accedunt ad naturã formarum accidentaliũ, magis & minus suscipere possunt, licet habeant contrarietatẽ adinuicem. Quo sensu substantiæ aliquid contrarietur.

Hæc aũt positio multipliciter ẽ improbabilis. Primo, quia

quia esse aliquid medium inter substantiã & accidens est omnino impossibile. esset enim medium inter affirmationem & negationem. proprium. n. accidẽtis est esse in subiecto, substantiæ vero in subiecto nõ esse. formæ aũt substantiales sunt quidem in materia, non aũt in subiecto. nã subiectũ est hoc aliquid, forma aũt substantialis est, quæ facit subiectum hoc aliquid, non aũt præsupponit illud.

Substantiæ & accidẽtis nullum est medium.

Itẽ, ridiculum est dicere mediũ esse inter ea, quę nõ sunt vnius generis: quia medium & extrema oportet eiusdem generis eẽ, vt probat in Decimo Meta. Nihil ergo potest esse medium inter substantiã & accidens. Deinde impossibile est formas substãtiales elementorũ suscipere magis & minus. Omnis. n. forma suscipiens magis & minus est diuisibilis p accidens, inquantum, s. potest eã subiectũ participare magis & minus. secũdum id aũt, quod est diuisibile p se vel per accidens, contingit esse motum continuum, vt patet in Sexto Phisicorũ. est enim loci mutatio, & augmẽtum, & decrementum ꝓm locũ & quantitatem quæ sunt p se diuisibilia, alteratio autẽ ꝓm qualitates, quę suscipiunt magis & minus, vt calidum & album. si igitur formæ elementorũ suscipiunt magis & minus, tã generatio q̃ corruptio elementorũ erit motus continuus, quod est impossibile. nã motus continuus non est nisi in tribus generibus, s. quantitate, qualitate, & vbi, vt probatur in Quinto Physi. Amplius, oĩs differentia ꝓm formã substantialem variat speciẽ, in eo aũt, quod suscipit magis & minus, differt id, quod est magis ab eo quod est minus, et quodammodo est ei contrariũ, vt magis album & minꝰ album. si igitꝛ forma substantialis ignis suscipit magis & minus, magis facta vel minus facta speciem variabit, nec erit eadẽ forma, sed alia. Hinc est quod dicit Philosophus in Octauo Meta. cp, sicut in numeris uariat species per additionem & subtractionem, ita in substantijs. Oportet ergo aliũ modum inuenire quo veritas saluet mistionis, & elementa non totaliter corrumpãtur, sed aliqualiter in misto permaneant. Consyderandum est igitꝛ, cp qualitates actiuæ & passiuæ elementorũ sunt adinuicem cõtrariæ, & suscipiunt magis & minus. ex contrarijs aũt qualitatibus suscipiẽtibus magis & minus cõstitui potest media qualitas, quæ vtriusq̃ sapiat extremi naturã, sicut pallidum inter albũ & nigrum, & tepidum inter calidum & frigidũ. sic igitꝛ remissis excellẽtijs qualitatũ elementariũ constituitꝛ ex eis quædam qualitas media, quæ est ꝓpria qualitas corpis misti, differẽs tñ in diuersis ꝓm diuersam mistionis proportionẽ. et hæc quidem qualitas est ꝓpria dispositio ad formã corporis misti, sicut qualitas simplex ad formã corporis simplicis. sicut igitꝛ extrema inueniuntꝛ in medio, quod participat vtriusq̃ naturã, sic qualitates simplicium corporũ inueniuntꝛ in ꝓpria qualitate corpis misti. Qualitas aũt corporis simplicis est quidem aliud à forma substãtiali ipsius, agit tñ in virtute formæ substantialis: alioquin calor calefaceret tm̃, non aũt per eius uirtutem forma substantialis educeret in actum, cũ nihil agat extra suã speciem. sic igitꝛ virtutes formarũ substãtialium simplicium corporũ saluantur in corporibus mistis. Sunt igitur formæ elementorum in mistis non actu, sed virtute. Et hoc est quod dicit Philosophus in Primo de Generatione. Non igitur manent elemẽta in misto actu vt corpus & album, nec corrumpũtur, nec alterãtur ambo, nec alterum. saluatur enim virtus eorum.

Opusculi De Mistione Elementorum finis.

Commentariorum S. Thomæ super duos Libros Aristotelis de Generatione & Corruptione, & Opusculi eiusdem de Elementorum Mistione finis.

REGISTRVM.

A B C D E F Omnes sunt quaterniones, præter E F terniones.
Tabula per se patet.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iuntæ
Anno domini M. D L I.
Mense Aprili.